This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lc
17
15
WIDENER LIBRARY
HX JUZF K

LC 17.15

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY



T. CALPURNII SICULI

ECLOGAE XI

RECOGNOVIT

ADNOTATIONE ET GLOSSARIO

INSTRUXIT

CHRISTIANUS DANIEL BECK

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCCIII.

Lc17.15

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Praefatio

Conſilium huius editionis et excitauit et moderata eſt bucolicorum Theocriti atque Virgilii carminum interpretatio, quibuscum eclogas Calpurnii conferre non inutile videbatur. Etenim neminem fugit, accuratam comparationem ſcriptorum veterum, poetarum inprimis, ſiue argumenta, eorum inventionem et tractationem, ſiue elocutionem, eiusque ornatum et vim ſpectemus, ad ingenia formanda et iudicia acuenda plurimum valere, et, ſi quae perperam fuerint ficta atque ſcripta, horum vitiorum ſeueram cenſuram non minus iuuare recti ſenſus ſubtilitatem, quam virtu-

tum, quibus optimi ſcriptores excellunt, iuſtas laudes, immo interpreti, modo ipſe recte cenſeat, datam eſſe opportunitatem monendi adverſus vitia, quae fucatae elegantiae ſpecie nimium blandiantur. Titus [1]) enim Calpurnius Siculus, de cuius vita et aetate non niſi hoc conſtat [2]), floruiſſe eum ſaeculo III. p. C. N. extremo, Caro eiusque filiis imperantibus, in undecim illis eclogis, quarum quatuor poſtremas vulgo male Nemeſiano adſcriptas eſſe

1) Paucae edd. Caii praenomen ei tribuunt. Male Eberhardt. üb. den Zuſt. der ſchön. Wiſſenſch. bey d. Röm. p. 311. Calpurnium Piſonem intelligit. Rectius exiſtimatur, Iunium Calpurnium eſſe, quem Vopiscus memorauit.

2) Quae innotuerunt, collegit Wernsdorf. T. II. Poet. min. p. 3. ſs. add. Harles Brev. not. litt. Rom. p. 705. ſ. et Suppl. II. p. 346. quosque laudauit. Et Wernsd. quidem inprimis quaeſiuit, quem noſter Meliboeum dixerit, oſtenditque probabiliter, magiſtrum officiorum, C. Iunium Tiberianum, intelligi.

Wernsdorfius docuit [3]), non Virgilium modo, ſed ipſum etiam Theocritum ita imitatus eſt, ut ab iis proximum teneret locum, et nec plane deſtitueretur laudibus varietatis, ſimplicitatis, elegantiae, mollitiei verſuum, nec immunis eſſet a vitiis vel aetatis communibus, vel ingenii peculiari-

3) Argumenta haec ſunt: editiones primae et antiquiſſimae ſolum Calpurnium eclogarum faciunt auctorem; 2. neque codices plerique diſſentiunt. 3. nullius neque aequalis neque ſerioris ſcriptoris teſtimonio conſtat, Nemeſianum bucolica carmina reliquiſſe. Primus eum quatuor poſtremorum auctorem edidit Vgoletus, quam quidem opinionem probare aliis potuit diverſitas quaedam dictionis, quam, licet Wernsd. aliter ſtatuerit, (p. 20. cf. tamen p. 27.), tamen animadvertiſſe mihi viſus ſum in ultimis eclogis, quamque ex poetae aetate virili magisque confirmata rectius repeti poſſe iudicaui. Vna (IX.) ecloga dubitaui an non profecta eſſet ex eo, quod ceteras protulit, ingenio. Neque enim ad eam defendendam ſufficere videtur, quod Wernsdorfius noſtrum ait ad Theocr. exemplum

bus, ubertatis nimiae et luxuriae, fictionis interdum parum probabilis, adulationis ineptae, orationis durae nonnumquam parumque comtae, dictionis non ubique sibi constantis [4]). Vnde intelligitur, quantum sit in his omnibus examinandis et suo sensu ponderandis interpreti faciendum. Neque vero, quum et sobrium magis ac saepius, quam alios aequales, inueniamus Calpurnium, et loca carminum non pauca sint egregia, abiiciendum quisquam eum existimabit et indignum qui vel legatur

respexisse, cuius tertio carmini simillimum sit undecimum. Nam cum antiqui Grammatici decem vere bucolica carmina esse Theocriti decreuerint, poeta, qui iuuenis ad Virgilii exemplum scripserat VII. eclogas, postea ut Theocritum aequaret, tres addidit, quibus paullo post nescio quis, cui XI. bucolica Theocr. innotuerant, inseruit aliud carmen.

4) De ingenio horum carminum dixit Wernsdorf. p. 27. ss. Conferri utiliter possunt b. Erneſtii Commentt. de poetarum Latt. vett. luxurie (1802.)

vel explicetur. Quare primum in eo aliquantum posui operae, adhibitis non modo superiorum editorum praesidiis, sed etiam recentissimorum criticorum emendationibus et coniecturis, ut melius descripta et probabilius legerentur haec carmina. Qua in re etsi incertos reddidit interdum dubitatio, saepe a Wernsdorfio agitata (v. s. Exc. 12. p. 346. L), utrumne aut consulto a poeta sint admissa vitia quaedam, aut aetati eius potius, quam librariis tribuenda: tamen visum est locis manifesto vel in sensum vel in metrum peccantibus adferre medelam, etiam audaciorem. Inde necessaria fuit critica adnotatio, quae ut emendationum reddit causas, ita varietatem lectionum et emendationum proponit, uberiorem quam quae in aliis edd. est, omissis tamen leuissimis librariorum erroribus. Vt autem lectori consuleretur, non modo summaria praemisi eclogis singulis, sed adieci etiam indicem, unde et nonnullorum locorum et vocabulorum expli-

catio, et latinitatis Calpurnii cognitio peteretur; cuique etiam obſervationes nonnullae ſunt inſertae, in adnotationibus praetermiſſae. Vſus eam in rem ſum et commentariis editorum et Voſſii inprimis obſſ. ad Virg. aliisque copiis. Denique eo cultu externo prodire poetam iuſſi, qui elegantiſſimis lectoribus vett. poëtarum non displiceret. Scripſi Lipſiae Calend. Maiis CIↃIↃCCCXII.

T. CALPURNII SICULI BUCOLICON.

ECLOGA I.

Summarium.

Ornitus et Corydon, fratres, umbram captantes, Fauni petunt antra, ubi fago incisum oraculum Fauni legunt, felicissima tempora novi imperii, probabiliter imp. Cari, praedicens. Scripta igitur ecloga videtur A. V. C. MXXXV. Chr. CCLXXXII. mense Aug. extremo.

Ornitus, Corydon.

Or. Nondum solis equos decliuis mitigat aestas,
Quamuis et madidis incumbant praela racemis,
Et spument rauco ferventia musta susurro.

Cor. Cernis ut — ecce! — pater quas tradidit, Ornite, vaccae
Molle ſub hirſuta latus explicuere geniſta?
Nos quoque vicinis cur non ſuccedimus umbris?
Torrida cur ſolo defendimus ora galero?
Or. Hoc potius, frater Corydon, nemus, iſta petamus
Antra patris Fauni; graciles ubi pinea denſat
Silva comas, rapidoque caput levat obvia ſoli;
Bullantes ubi fagus aquas radice ſub ipſa
Protegit, et ramis errantibus implicat umbras.
Cor. Quo me cumque vocas, ſequor, Ornite; nam mea Leuce,
Dum negat amplexus nocturnaque gaudia nobis,
Pervia cornigeri fecit ſacraria Fauni.
Or. Prome igitur calamos, et, ſi qua recondita ſeruas.
Nec tibi defuerit nova fiſtula, quam mihi nuper
Matura docilis compegit arundine Lygdon. —
Et iam captatae pariter ſucceſſimus umbrae. —
Sed quaenam ſacra deſcripta eſt pagina fago,
Quam modo neſcio quis properanti falce notavit?
Cor. Adſpicis, ut virides etiam nunc littera rimas
Servet, et arenti nondum ſe laxet hiatu?

Ornite, fer propius tua lumina: tu potes alto.
Cortice deſcriptos citius percurrere verſus.
Nam tibi longa ſatis pater internodia largus,
Procerumque dedit mater non invida corpus.
Or. Non paſtor, non hoc triviali more viator,
Sed deus ipſe canit: nihil armentale reſultat,
Nec montana ſacros diſtinguunt inhibila verſus.
Cor. Mira refers; ſed rumpe moras, oculoque ſequaci
Quamprimum nobis divinum perlege carmen.
Or. „Qui iuga, qui ſilvas tueor, ſatus aethere, Faunus
„Haec populis ventura cano: iuvat arbore ſacra
„Laeta pateſactis incidere carmina fatis.
„Vos o praecipue nemorum gaudete coloni,
„Vos populi gaudete mei: licet omne vagetur,
„Securo cuſtode, pecus, nocturnaque paſtor
„Claudere fraxinea nolit praeſepia crate:
„Non tamen inſidias praedator ovilibus ullas
„Adferet, aut laxis abiget iumenta capiſtris.
„Aurea ſecura cum pace renaſcitur aetas,
„Et redit ad terras tandem ſqualore ſituque
„Alma Themis poſito, iuvenemque beata ſequuntur
„Saecula, maternis cauſas qui luſit in ulnis.

„Dum populos Deus ipſe reget, dabit impia vinctas
„Poſt tergum Bellona manus, ſpoliataque telis
„In ſua veſanos torquebit viscera morſus;
„Et, modo quae toto civilia distulit orbe,
„Secum, bella, geret. Nullos iam Roma Philippos
„Deflebit, nullos ducet captiua triumphos.
„Omnia Tartareo ſubigentur carcere bella,
„Immergentque caput tenebris, lucemque timebunt.
„Candida pax aderit; nec ſolum candida vultu,
„Qualis ſaepe fuit, quae, libera Marte profeſſo,
„Quae, domito procul hoſte, tamen graſſantibus armis,
„Publica diffudit tacito discordia ferro.
„Omne procul vitium ſimulatae cedere pacis
„Iuſſit, et inſanos Clementia condidit enſes.
„Nulla catenati feralis pompa ſenatus
„Carnificum laſſabit opus, nec carcere pleno
„Infelix raros numerabit curia patres.
„Plena quies aderit, quae, ſtricti neſcia ferri,
„Altera Saturni revocet Latialia regna,
„Altera regna Numae, qui primus ovantia caede

„Agmina. Romuleis et adhuc ardentia caſtris,
„Pacis opus docuit, iuſſitque ſilentibus armis
„Inter ſacra tubas, non inter bella, ſonare.
„Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris,
„Nec vacuos tacitus faſces et inane tribunal
„Accipiet conſul: ſed legibus omne reductis
„Ius aderit, moremque fori vultumque priorem
„Reddet, et adflictum melior Deus auferet aevum.
„Exſultet quaecumque Notum gens ima iacentem
„Erectumque colit Borean, quaecumque vel ortu
„Vel patet occaſu, mediove ſub aethere feruit.
„Cernitis, ut puro nox iam viceſima coelo
„Fulgeat? ut placidum radianti luce cometen
„Proferat? ut liquidum nutet ſine vulnere ſidus?
„Numquid utrumque polum, ſcut ſolet, igne cruento
„Spargit, et ardenti ſcintillat ſanguine lampas? —
„At quondam non talis erat, quum, Caeſare rapto,
„Indixit miſeris fatalia civibus arma.
„Scilicet ipſe Deus Romanae pondera molis

„Fortibus excipiet sic inconcussa lacertis,
„Ut neque translati sonitu fragor intonet orbis,
„Nec prius ex meritis defunctos Roma penates
„Censeat, occasus nisi quum respexerit ortus."

Cor. Ornite, iam dudum velut ipso numine plenum
Me quatit, et mixtus subit inter gaudia terror.
Sed bona facundi veneremur numina Fauni.

Or. Carmina, quae nobis deus obtulit ipse canenda,
Dicamus, teretique sonum modulemur avena:
Forsitan augustas feret haec Meliboeus ad aures.

ECLOGA II.

Summarium.

In carmine hoc amoebaeo, ad exemplum Eclogae Virg. VII. potissimum compositio, Idas pastor, et Asiacus olitor, cantu sic certant, Thyrside iudice, ut alternatim bona sua, amores, atque artes quibus quisque puellae, Crocalae, placere studuerit, exponant, ita, ut singula singulis apte respondeant.

Idas, Asiacus, Thyrsis.

Intactam Crocalen puer Asiacus et puer Idas,
Idas lanigeri dominus gregis, Asiacus horti,
Dilexere diu; formosus uterque, nec impar
Voce sonans. Terras hi cum gravis ureret aestas,
Ad gelidos fontes et easdem forte sub ulmos
Conveniunt, dulcique simul contendere cantu
Pignoribusque parant: placet, hic ut vellera septem,
Ille sui victus ne messem vindicet horti:
Et magnum certamen erat sub iudice Thyrsi.

Adfuit omne genus pecudum, genus omne ferarum,
Et quaecumque vagis altum ferit aëra pennis.
Convenit umbrosa quicumque sub ilice lentas
Pascit oves, Faunusque pater, Satyrique bicornes:
Adfuerunt sicco Dryades pede, Naïdes udo,
Et tenuere suos properantia flumina cursus.
Desistunt tremulis incurrere frondibus Euri,
Altaque per totos fecere silentia montes.
Omnia cessabant, neglectaque pascua tauri
Calcabant: illis etiam certantibus ausa est
Daedala nectareos apis intermittere flores.
Iamque sub umbrosa medius consederat ulmo
Thyrsis, et, „O pueri me iudice pignora, dixit
Irrita sint, moneo: satis hoc mercedis habete,
Si laudem victor, si fert opprobria victus.
Et nunc alternos magis ut distinguere cantus
Possitis, ter quisque manus iactate micantes.“
Nec mora; discernunt digitis; prior incipit Idas:

I. Me Silvanus amat, dociles mihi donat avenas,
Et mea frondenti circumdat tempora taeda.
Ille etiam parvo dixit mihi non leve carmen:
„Iam levis obliqua crescit tibi fistula canna.“

A. At mihi Flora comas pallenti gramine
ſpargit,
Et matura mihi Pomona ſub arbore ludit.
„Accipe, dixerunt Nymphae, puer, accipe
fontem:
Nam potes irriguis nutrire canalibus hortos.
I. Me docet ipſa Pales cultum gregis, ut niger albae
Terga maritus ovis naſcenti mutet in agna,
Quae neque diverſi ſpeciem ſervare parentis
Poſſit, et ambiguo teſtetur utrumque colore.
A. Non minus arte mea mutabilis induit arbos
Ignotas frondes, et non gentilia poma.
Ars mea nunc malo pira temperat, et modo cogit
Inſita praecocibus ſubrepere perſica prunis.
I. Me teneras ſalices iuvat, aut oleaſtra putare,
Et gregibus portare, novas ut carpere frondes
Condiscant, primoque recidere gramina morſu,
Ne depulſa vagas quaerat foetura parentes.
A. Et mihi cum vulſis radicibus alteſa tellus
Panditur, irriguo perfunditur area fonte,
Et ſatiatur aqua, ſuccos ne forte priores
Languida mutata quaerant plantaria terra.

I. O si quis Crocalen deus adferat! hunc ego terris,
Hunc ego sideribus solum regnare fatebor.
Dicam namque nemus, dicamque: „sub arbore numen
Hac erit; ite procul — sacer est locus — ite profani.
A. Urimur in Crocalen: si quis mea vota deorum
Audiat, huic soli, virides qua gemmeus undas
Fons agit et tremulo percurrit lilia rivo,
Inter pampineas ponetur faginus ulmos.
I. Ne contemne casas et pastoralia tecta:
Rusticus est, fateor, sed non est barbarus Idas.
Saepe vaporato mihi cespite palpitat agnus,
Saepe cadit festis devota Palilibus agna.
A. Nos quoque pomiferi Laribus consuevimus horti
Mittere primitias et fingere liba Priapo,
Rorantesque favos damus et liquentia mella:
Nec fore grata minus, quam si caper imbuat aras.
I. Mille sub uberibus balantes pascimus agnas;
Totque Tarentinae praestant mihi vellera matres;
Per totum niveus premitur mihi caseus annum.

Si venias, Crocale, totus tibi ſerviet hornus.
A. Qui numerare velit, quam multa ſub arbore noſtra
Poma legam, citius tenues numerabit ariſtas;
Semper olus metimus, nec bruma nec impedit aeſtas.
Si venias, Crocale, totus tibi ſerviet hortus.
I. Quamvis ſiccus ager languentes excoquat herbas,
Sume tamen calathos nutanti lacte coactos.
Vellera tunc dabimus, quum primum tempus apricum
Surget, et a tepidis fiet tonſura Kalendis.
A. Et nos, quos etiam praetorrida munerat aeſtas,
Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias,
Caſtaneasque nuces totidem, cum ſole Novembri
Maturis mucibus virides rumpentur echini.
I. Num, precor, informis videor tibi? num gravis annis?
Decipiorque miſer, quoties molliſſima tango
Ora manu, primique ſequor veſtigia floris
Neſcius, et gracili digitos lanugine fallo?
A. Fontibus in liquidis quoties me conſpicor, ipſe

Admiror toties. Etenim ſic flore iuventae
Induimur vultus, ut in arbore ſaepe notavi
Cerea ſub tenui lucere Cydonia lana.
I. Carmina poſcit amor, nec fiſtula cedit amori. —
Sed fugit, ecce! dies, revocatque crepuſcula Veſper.
Hinc tu, Daphni, greges, illinc agat Alpheſiboeus.
A. Iam reſonant frondes, iam cantibus obſtrepit arbos,
I procul, o Doryla, primumque recluda canalem,
Et ſine iam dudum ſitientes irriget hortos. —
Vix ea finierant, ſenior quum talia Thyrſis:
T. „Eſte pares, et ab hoc concordes vivite; nam vos
Et decor et cantus et amor ſociavit et aetas.

ECLOGA III.

Summarium.

Lycidas, in quem Iolas invencam quaerens inciderat, huic narrat iurgia sua cum Phyllide, atque carmen molliſſimos triſtis amoris ſenſus ſpirans canit, quod Phyllidem conciliet ipſi, quodque Iolas ſe ad eam perlaturum optime cum eventu augurabur, quia Tityrus inventa invenca redit.

Iollas. Lycidas.

I. Numquid in hac, Lycida, vidiſti forte invencam
Valle meam? ſolet illa tuis occurrere tauris,
Et iam paene duas, dum quaeritur, eximit horas;
Nec tamen apparet. Duris ego perdita ruſcis
Iam dudum et nullis dubitavi crura rubetis
Scindere, nec quidquam poſt tantum ſanguinis egi.

L. Non ſatis attendi: neque enim vacat. Uror, Iolla;
Uror, et immodice: Lycidan ingrata reliquit

Phyllis, amatque novum poſt tot mea munera Mopſum.

I. Mobilior ventis o! femina. Sic tua Phyllis?

Quae ſibi — nam memini — ſi quando ſolus abeſſes,

Mella etiam fine te inrabat amara videri.

L. Altius iſſa querar, ſi forte vacabis, Iolla.

Illas pete nunc ſalices, et laevas flecte ſub ulmos.

Nam cum prata calent, illic requieſcere noſter

Taurus amat, gelidaque iacet ſpatioſus in umbra,

Et matutinas revocat paleatibus herbas.

I. Non equidem, Lycida, quamvis contemptus, abibo.

Tityre, quas dixit, ſalices pete laevus, et illinc,

Si tamen invenies, deprenſam verbere multo

Huc age; ſed fractum referas haſtile memento.

Nunc age, dic Lycida, quae vos tam magna tulere

Iurgia? quis veſtro deus intervenit amori?

L. Phyllide contentus — ſolus tu teſtis, Iolla, es —

Callirhoën ſprevi, quamvis cum dote rogaret.

Ecce ſibi cum Mopſo calamos intexere cera

Incipit, et puero comitata ſub ilice cantat.
Hoc ego quum vidi — fateor — ſic intimus arſi,
Ut nihil ulterius tulerim. Nam protinus ambas
Deduxi tunicas, et pectora nuda cecidi.
Alcippen irata petit, dixitque: „relicto
Improbe, te, Lycida Mopſum tua Phyllis amabit.“
Nunc penes Alcippen manet; ac ne forte vagetur,
Ah! vereor: nec tam nobis ego Phyllida reddi
Exopto, quam, quod Mopſo iurgetur anhelo.
I. At te coeperunt tua iurgia; tu prior illi
Victas tende manus; decet indulgere puellae
Vel quum prima nocet. Si quid mandare iuvabit,
Sedulus iratae contingam nuntius aures.
L. Iam dudum meditor, quo Phyllida carmine placem.
Forſitan audito poterit miteſcere cantu;
Et ſolet illa meas ad ſidera ferre Camoenas.
I. Dic, age; nam ceraſi tua cortice verba notabo,
Et deciſa feram rutilanti carmina libro.
L. „Has tibi, Phylli, preces iam pallidus, hos tibi cantus,

„Dat Lycidas, quos nocte miſer modulatur acerba,
„Dum flet, et excuſſo dispergit lumina ſomno.
„Non ſic deſtricta macreſcit turdus oliva,
„Non lepus, extremas legulus quum ſuſtulit uvas,
„Ut Lycidas, domina ſine Phyllide, tabidus erro.
„Te ſine — vae miſero! — mihi lilia nigra videntur;
„Nec ſapiunt fontes, et acescunt vina bibenti.
„At ſi tu venias, et candida lilia fient,
„Et ſapient fontes, et dulcia vina bibentur.
„Ille ego ſum Lycidas, quo te cantante ſolebas
„Dicere felicem, cui dulcia ſaepe dediſti
„Oscula, nec medios dubitaſti rumpere cantus,
„Atque inter calamos errantia labra petiſti.
„Ah dolor! et poſt hoc placuit tibi torrida Mopſi
„Vox? et carmen inops? et acerbae ſtridor avenae?
„Quem ſequeris? quem Phylli, fugis? formoſior illo
„Dicor, et hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas.
„Sum quoque divitior: certaverit ille tot haedos

„Paſ-

„Pascere, quot noſtri numerantur veſpere tauri?
„Quid tibi, quae noſti, referam? ſcis, optima Phylli,
„Quam numeroſa meis ſiccetur bucula mulctris,
„Et quam multa ſuos ſuspendat ad ubera natos.
„Sed mihi nec gracilis ſine te fiscella ſalicto
„Texitur, et nulla tremuere coagula lactis.
„Quod ſi dura times etiam nunc verbera, Phylli;
„Tradimus, ecce! manus: licet illae et vimine torto
„Scilicet et lenta poſt tergum vite domentur,
„Ut mala nocturni religavit brachia Mopſi
„Tityrus, et medio furem ſuspendit ovili.
„Accipe — ne dubita — meruit manus utraque poenas.
„His tamen, his idem manibus tibi ſaepe palumbes,
„Saepe etiam leporem, decepta matre, paventem
„Miſimus in gremium; per me tibi lilia prima
„Contigerunt, primaeque roſae: vixdum bene florem
„Deguſtabat apis, tu cingebare coronis.
„Aurea ſed forſan mendax tibi munera iactat,
„Qui metere occidua ferales nocte lupinos

, Dicitur, et cocto penſare legumine panem:
„Qui ſibi tunc felix, tunc fortunatus habetur,
„Vilia quum ſubigit manualibus hordea ſaxis.
„Quod ſi turpis amor precibus, quod abominor, iſtis
„Obſtiterit, laqueum miſeri nectemus ab illa
„Ilice, quae primum noſtros violavit amores.
„Hi tamen ante mala figentur in arbore verſus:
„Credere, paſtores, levibus nolite puellis;
„Phyllida Mopſus amat, Lycidas habet ultima rerum.“ —
Nunc age, ſi quidquam miſeris ſuccurris, Iolla,
Perfer, et exora modulato Phyllida cantu.
Ipſe procul ſtabo, vel acuta carice tectus,
Vel propius latitans vicina, ut ſaepe, ſub ara;
I. Ibimus: et veniet, niſi me praeſagia fallunt.
Nam bonus a dextro fecit mihi Tityrus omen,
Qui redit inventa non irritus, ecce! iuvenca.

ECLOGA IV.

Summarium.

Meliboeus, Corydonis patronus, Corydonem sedentem, et gravius carmen meditantem invenit. Corydon fratrem, Amyntam, olim a cantu prohibuerat; nunc, temporibus mutatis, et illum patitur modulari. Iubet igitur Meliboeus, cuius beneficia Corydon celebraverat, utrumque fratrem alternis canere. Canunt vero Caesaris, probabiliter Numeriani, aut, ut Wernsdorfio placuit, duorum Caesarum, Carini et Numeriani, laudes, ad ipsum deum (Carum, imperatorem, tum a. C. CCLXXXIII. in Persia agentem) perferendas, atque Meliboeo probatas. Ingenii lumine et acumulandi studio non magis, quam luxurie dicendi et adulandi vanitate insigne carmen.

Meliboeus, Corydon, Amyntas.

M. Quid tacitus, Corydon, vultuque subinde minaci,
Quidve sub hac platano, quam garrulus adstrepit humor,

Infesta statione, sedes? iuvat humida forsan
Ripa? levatque diem vicini spiritus amnis?
C. Carmina iam dudum, non quae nemorale resultent,
Volvimus, o Meliboee; sed haec, quibus aurea possint
Saecula cantari, quibus et deus ipse canatur,
Qui populos urbemque regit pacemque togatam.
M. Dulce quidem resonas, nec te diversus Apollo
Despicit, o iuvenis, sed magnae numina Romae
Non ita cantari debent, ut ovile Menalcae.
C. Quidquid id est, silvestre licet videatur acutis
Auribus, et nostro tantum memorabile pago:
Dum mea rusticitas, si non valet arte polita
Carminis, at certe valeat pietate probari.
Rupe sub hac eadem, quam proxima pinus obumbrat,
Haec eadem nobis frater meditatur Amyntas,
Quem vicina meis natalibus admovet aetas.
M. Iam puerum calamos et odorae vincula cerae
Iungere non cohibes, levibus quem saepe cicutis

Ludere conantem vetuisti fronte paterna?
Dicentem, Corydon, te non semel ista notavi:
„Frange, puer, calamos, et inanes defere Musas;
„I, potius glandes rubicundaque collige corna,
„Duc ad mulctra greges, et lac venale per urbem
„Non tacitus porta. Quid enim tibi fistula reddet
„Quo tutere famem? certe mea carmina nemo
„Praeter ab his scopulis ventosa remurmurat echo."
C. Haec ego — confiteor — dixi, Meliboee; sed olim:
Non eadem nobis sunt tempora, non deus idem:
Spes magis arridet. Certe ne fraga rubosque
Colligerem, viridique famem solarer hibisco,
Tu facis, et tua nos alit indulgentia farre.
Tu nostras miseratus opes, docilemque iuventam,
Hiberna prohibes ieiunia pellere fago.
Ecce! nihil querulum per te, Meliboee, sonamus;
Per te secura saturi recubamus in umbra,
Et fruimur silvis Amaryllidos, ultima nuper

Littora terrarum, nisi tu, Meliboee, fuisses,
Ultima visuri, trucibusque obnoxia Mauris
Pascua Geryonis, liquidis ubi cursibus ingens
Dicitur occiduas impellere Baetis arenas.
Scilicet extremo nunc vilis in orbe iacerem,
Ah dolor! et pecudes inter conductus Iberas
Irrita septena modularer sibila canna:
Nec quisquam nostras inter dumeta Camoenas
Respiceret: non ipse daret mihi forsitan aurem,
Ipse deus, vacuam, longeque sonantia vota,
Scilicet extremo, non exaudiret, in orbe. —
Sed, nisi forte tuas melior sonus avocat aures,
Et nostris aliena magis tibi carmina rident,
Vis, hodierna tua subigatur pagina lima?
Nam tibi non solum venturos noscere nimbos
Agricolis, qualemque ferat sol aureus ortum,
Adtribuere dei; sed dulcia carmina saepe
Concinis, et modo te Baccheïs Musa corymbis
Munerat, et lauro modo pulcher obumbrat Apollo.
Quod si tu faveas trepido mihi, forsitan illos
Experiar calamos, here quos mihi doctus Iollas
Donavit, dixitque: „Truces haec fistula tauros
Conciliat, nostroque sonat dulcissima Fauno.
Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in istis

Montibus Hyblaea modulabile carmen avena.
M. Magna petis, Corydon, si Tityrus esse laboras.
Ille fuit vates sacer, et qui posset avena
Praesonuisse chelyn, blandae cui sacpe canenti
Adlusere ferae, cui substitit advena quercus,
Quem modo cantantem rutilo spargebat acantho
Naïs, et implicitos comebat pectine crines.
C. Est — fateor, Meliboee, — deus: sed nec mihi Phoebus
Forsitan abnuerit; tu tantum commodus audi:
Scimus enim, quam te non adspernetur Apollo.
M. Incipe; nam faveo; sed prospice, ne tibi sorte
Tinnula tam fragili respiret fistula buxo,
Quam resonare solet, si quando laudat Alexin.
Hos potius calamos, magis hos sectare canales,
Per me qui dignas cecinerunt consule silvas.
Incipe; ne dubita. Venit en! et frater Amyntas!
Cantibus iste tuis alterno succinat ore.
Ducite — ne mora sit — vicibusque reducite carmen:
Tuque prior, Corydon, tu proximus ibis, Amynta.

C. Ab Iove principium, si quis canit aethera, sumat,
Si quis Atlantiaci molitur pondus Olympi:
At mihi, qui nostras praesenti numine terras
Perpetuamque regit iuvenili robore pacem,
Laetus, et augusto felix adrideat ore.
A. Me quoque facundo comitatus Apolline Caesar
Respiciat, montes neu dedignetur adire,
Quos et Phoebus amat, quos Iuppiter ipse tuetur:
In quibus augustos visuraque saepe triumphos
Laurus fructificat, vicinaque nascitur arbos.
C. Ipse polos etiam qui temperat igne gelu-que,
Iuppiter ille parens, cui tu iam proximus ipse,
Caesar, abes, posito paullisper fulmine saepe
Cretia rura petit, viridique reclinis in antro
Carmina Dictaeis audit Curetica silvis.
A. Adspicis, ut virides, audito Caesare, silvae
Conticeant? memini, quamvis urgente procella,
Sic nemus immotis subito requiescere ramis.

Et dixi: „Deus hinc, certe Deus expulit Euros“
Nec mora; Pharſales ſolverunt ſibila cannae.
C. Adſpicis, ut teneros ſubitus vigor excitet agnos?
Utque ſuperfuſo magis ubera lacte graventur?
Et nuper tonſis exundent vellera foetis?
Hoc ego iam — memini — femel hac in valle notavi,
Et, veniſſe Palen, pecoris dixiſſe magiſtros.
A. Scilicet omnis eum tellus, gens omnis adorat,
Diligiturque deis: quem ſic taciturna verentur
Arbuta, cuius iners audito nomine tellus
Incaluit; floremque dedit; cui ſilva vocato
Denſat odore comas, ſtupefacta regerminat arbos.
C. Illius ut primum ſenſerunt numina terrae,
Coepit et uberior, ſulcis fallentibus olim,
Luxuriare ſeges, tandemque legumina plenis
Vix reſonant ſiliquis: nec praefocata malignum
Meſſis habet lolium, nec inertibus albet avenis,
A. Iam neque damnatos metuit iactare ligones

Foſſor, et invento, ſi fors dedit, utitur auro.
Nec timet, ut nuper, dum iugera verſat arator,
Ne ſonet offenſo contraria vomere maſſa;
Iamque palam preſſo magis ac magis inſtat aratro.
C. Ille dat, ut primas Cereri dare cultor ariſtas
Poſſit, et intacto Bromium perfundere vino;
Ut nudus ruptas ſaliat calcator in vuas;
Ut quoque turba bono plaudat ſaginata magiſtro,
Qui facit egregios ad pervia compita ludos.
A. Ille meis pacem dat montibus: ecce! per illum
Seu cantare iuvat, ſeu ter pede laeta ferire
Carmina, non nullas licet hic cantare choreas,
Et cantus viridante licet mihi condere libro;
Turbida nec calamos exſurdant claſſica noſtros.
C. Numine Caeſareo ſecurior ipſe Lycaeus
Pan recolit ſilvas, et amoena Faunus in umbra
Securus recubat, placidoque in fonte lavatur
Naïs, et humanum non calcatura cruorem
Per iuga ſiccato velox pede currit Oreas.
A. Dî, precor, hunc iuvenem, quem vos, — non fallor — ab ipſo
Aethere miſiſtis, poſt longa reducite vitae

Tempora, vel potius mortale resolvite pensum,
Et date perpetuo coelestia fila metallo:
Sit deus, et nolit pensare palatia coelo!
C. Tu quoque, mutata seu Iuppiter ipse figura,
Caesar, ades, seu quis superûm sub imagine falsa
Mortalique lates, vivas, atque hunc, precor, orbem,
Hos, precor, aeternus populos rege! sit tibi coeli
Vilis amor, certamque, pater, ne desere terram!
M. Rustica credebam nemorales carmina vobis
Concessisse deos, et obesis auribus apta:
Verum, quae imparibus modo concinuistis avenis,
Tam liquidum, tam dulce sonant, ut non ego malim;
Quod Peligna solent examina, lambere nectar.
C. O mihi, quae tenero decurrunt carmina versu,
Tum, Meliboee, sonent, si quando in montibus istis
Dicar habere Larem, si quando nostra videre
Pascua contigerit; vellit nam saepius aurem
Invida paupertas, et dixit: „ovilia cura!

At tu, si quâ tamen non adspernanda putabis,
Fer, Meliboee, Deo mea carmina: nam tibi fas est,
Sacra Palatini penetralia visere Phoebi.
Tu mihi talis eris, qualis, qui dulce sonantem
Tityron e silvis dominam deduxit in urbem,
Ostenditque deis, et „spreto, dixit, ovili,
Tityre, rura prius, sed post cantabimus arma.“
A. Respiciat nostros utinam fortuna labores
Pulchrior, et meritae faveat deus ipse iuventae!
Nos tamen interea tenerum mactabimus haedum,
Et pariter subitae peragemus fercula coenae.
M. Nunc ad flumen oves deducite: iam fremit aestus,
Iam sol contractas pedibus magis admovet umbras.

ECLOGA V.

Summarium.

Mycon, ſenex paſtor, Cantho puero et alumno ſuo praecepta dat de cura gregum, quos ipſi tuendos dat, de paſcendis ovibus et capellis, de pecudibus mulgendis, tondendis, ſanandis, cibandis in ovili. Novum igitur carminis paſtoralis didactici genus noſter tentavit, praeceptis e Virg. Georg. III. hauſtis.

Mycon.

Forte Mycon ſenior, Canthusque, Myconis alumnus,
Torrentem patula vitabant arbore ſolem,
Quum, iuveni ſenior praecepta daturus alumno,
Talia verba refert tremulis titubantia labris:
„Quas errare vides inter dumeta capellas,
Canaque laſcivo concidere gramina morſu,
Canthe, puer; quos ecce! greges a monte reductos
Cernis in aprico decerpere gramina campo:
Hos tibi do ſenior iuveni pater; ipſe tuendos

At tu, si quà tamen non adspernanda putabis,
Fer, Meliboce, Deo mea carmina: nam tibi fas est,
Sacra Palatini penetralia visere Phoebi.
Tu mihi talis eris, qualis, qui dulce sonantem
Tityron e silvis dominam deduxit in urbem,
Ostenditque deis, et „spreto, dixit, ovili,
Tityre, rura prius, sed post cantabimus arma.“
A. Respiciat nostros utinam fortuna labores
Pulchrior, et meritae faveat deus ipse iuventae!
Nos tamen interea tenerum mactabimus haedum,
Et pariter subitae peragemus fercula coenae.
M. Nunc ad flumen oves deducite: iam fremit aestus,
Iam sol contractas pedibus magis admovet umbras.

ECLOGA V.

Summarium.

Mycon, ſenex paſtor, Cantho puero et alumno ſuo praecepta dat de cura gregum, quos ipſi tuendos dat, de paſcendis ovibus et capellis, de pecudibus mulgendis, tondendis, ſanandis, cibandis in ovili. Novum igitur carminis paſtoralis didactici genus noſter tentavit, praeceptis e Virg. Georg. III. hauſtis.

Mycon.

Forte Mycon ſenior, Canthusque, Myconis alumnus,
Torrentem patula vitabant arbore ſolem,
Quum, iuveni ſenior praecepta daturus alumno,
Talia verba refert tremulis titubantia labris:
„Quas errare vides inter dumeta capellas,
Canaque laſcivo concidere gramina morſu,
Canthe, puer; quos ecce! greges a monte reductos
Cernis in aprico decerpere gramina campo:
Hos tibi do ſenior iuveni pater; ipſe tuendos

Accipe: iam certe potes insudare labori;
Iam pro me gnavam potes exercere iuventam.
Adspicis, ut nobis iam dudum mille querelas
Adferat et baculum premat inclinata senectus?
Sed qua lege regas et amantes lustra capellas,
Et melius pratis errantes mollibus agnas,
Percipe. Vere novo, quum iam tinnire volucres
Incipient, nidosque reversa lutabit hirundo:
Protinus hiberno pecus omne movebis ovili.
Tunc etenim totus vernanti gramine saltus
Pullat, et aestivas reparabilis inchoat umbras:
Tunc florent silvae, viridisque renascitur annus:
Tunc Venus, et calidi scintillat fervor amoris,
Lasciviumque pecus salientes accipit hircos.
Sed non ante greges in pascua mittito clausos,
Quam fuerit placata Pales. Tum cespite vivo
Pone focum, Geniumque loci, Faunumque Laremque
Salso farre voca: tepidos tunc hostia cultros
Imbuat; hac etiam, dum vivit, ovilia lustra.
Nec mora, tunc campos ovibus, dumeta capellis,
Orto sole dabis, simul hunc transcendere montem

Coeperit et primae ſpatium tepefecerit horae.
At ſi forte vaces, dum matutina relaxat
Frigora ſol, tumidis ſpument tibi mulctra papillis:
Implebis, quod meſſe fluat: rurſusque premetur
Mane, quod occiduae mulſura redegerit horae.
Parce tamen foetis: nec ſint compendia tanti,
Deſtruat ut niveos venalis caſeus agnos:
Nam tibi praecipuo foetura colatur amore.
Te quoque non pudeat, quum ſerus ovilia viſes,
Si qua iacebit ovis partu reſoluta recenti,
Hanc humeris portare tuis, natosque tepenti
Ferre ſinu tremulos, et nondum ſtare paratos.
Nec tu longinquas procul a praeſepibus herbas,
Nec nimis amotae ſectabere pabula ſilvae,
Dum peragit vernum Iovis inconſtantia tempus.
Veris enim dubitanda fides: modo fronte ſerena
Blandius arriſit, modo cum caligine nimbos
Intulit, et miſeras torrentibus abſtulit agnas.
At quum longa dies ſitientibus adferet aeſtus,
Nec fuerit variante deo mutabile coelum;
Iam ſilvis committe greges, iam longius herbas

Quaere: ſed ante diem pecus exeat. Humida dulces
Efficit aura cibos, quoties fugientibus Euris
Frigida nocturno tinguuntur pascua rore,
Et matutinae lucent in gramine guttae.
At ſimul argutae nemus increpuere cicadae,
Ad fontem compelle greges, nec protinus herbas
Et campos permitte ſequi: ſine protegat illos
Interea veteres quae porrigit aeſculus umbras.
Verum ubi declivi iam nona tepescere ſole
Incipiet, ſeraeque videbitur hora merendae,
Rurſus pasce greges et opacos deſere lucos.
Nec prius aeſtivo pecus includatur ovili,
Quam levibus nidis ſomnos captare volucris
Cogitet, ac tremuli dent mulcra coagula lactis.
Succida iam tereti conſtringere vellera iunco,
Quum iam tempus erit maternas demere lanas,
Hircorumque iubas et olentes caedere barbas:
Ante tamen ſecerne pecus, gregibusque notatis
Conſimiles include comis, ne longa minutis,
Mollia ne duris coëant, ne candida fuscis.
Sed tibi quum vacuas poſito velamine coſtas
Denudabit ovis, circumſpice, ne ſit acuta
Forfice laeſa cutis, tacitum ne puſtula virus

Texe-

Texerit occulto ſub vulnere: quae niſi ferro
Rumpitur, ah! miſerum fragili rubigine corpus
Corrodet ſanies, et putrida contrahet oſſa.
Providus — haec moneo — viventia ſulphura tecum,
Et ſcillae caput, atque intacta bitumina porta,
Ulceribus laturus opem; nec Brutia deſit
Dura tibi; et liquido ſimul unguine terga, memento;
Si ſint raſa, linas. Vivi quoque pondera melle
Argenti coquito, lentumque bitumen aheno,
Impreſſurus ovi tua nomina. Nam tibi lites
Auferet ingentes lectus poſſeſſor in armo.
Tunc etiam, dum ficcus ager, dum fervida tellus,
Dum rimoſa palus et multo torrida limo
Aeſtuat, et fragiles nimius ſol pulverat herbas,
Lurida conveniet ſuccendere galbana ſeptis,
Et tua cervino luſtrare mapalia fumo.
Obfuit iſte malis odor anguibus; ipſe videbis
Serpentum cecidiſſe minas; non ſtringere dentes
Ulla poteſt uncos, ſed inani debilis ore
Marcet, et obtuſo iacet exarmata veneno.
Tunc age, vicinae, circumſpice, tempora brumae
Qua ratione geras. Aperit quum vinea ſepes,

Et portat lectas ſecurus vinitor uvas,
Incipe falce nemus vivasque recidere frondes.
Tunc opus eſt teneras ſummatim ſtringere virgas,
Tunc debes ſervare comas, dum permanet humor,
Dum viret, et tremulas non excutit Africus umbras.
Has tibi conveniet tepidis foenilibus olim
Promere, cum pecudes extremus clauſerit annus.
Sic tibi nitendum eſt: labor hoc in tempore noſter
Gnavaque ſedulitas venit et paſtoria virtus.
Nec pigeat ramos ficcis miſcere recentes,
Et ſuccos adhibere novos, ne torrida nimbis
Inſtet hiems, nimioque gelu nivibusque coactis
Incurvare velis nemus, et conſtringere frondes.
Tu tamen aut laeves hederas aut molle ſalictum
Valle premes gelida: ſitis eſt penſanda tuorum,
Canthe, gregum viridante cibo: nihil aridus illis,
Ingenti poſitus quamvis ſtrue, profit acervus,
Virgea ſi deſint liquido turgentia ſucco,
Et quibus eſt aliquid plenae vitale medullae.

Praecipue gelidum ſtipulis et fronde caduca
Sterne ſolum, ne forte rigor penetrabile corpus
Urat, et interno vaſtet pecuaria morbo.
Plura quidem monuiſſe velim: nam plura ſuperſunt.
Sed iam ſera dies cadit, et iam, ſole fugato
Frigidus aeſtivas impellit Noctifer horas."

ECLOGA VI.

Summarium.

Aſtilus et Lycidas, paſtores, inter ſe rixantur, occaſione petita a iudicio quod Aſtilus de certamine duorum paſtorum tulerat; Lycidas autem improbabat; et cum Mnaſyllo hortante et arbitro ipſi, pignoribus poſitis, inter ſe certare carminibus velint, nova iurgia et convicia audiuntur, ita, ut lis non dirimatur. Infeliciſſima imitatio Idyll. Theocr. V. et Virg. Ecl. III.

Aſtilus, Lycidas, Mnaſyllus.

Aſt. Serus ades, Lycida: modo Nyctilus et puer Alcon
Certavere ſub his alterno carmine ramis,
Iudice me, ſed non ſine pignore. Nyctilus haedos
Iuncta matre dedit: catulum dedit ille, leaenae
Iuravitque genus: ſed ſuſtulit omnia victor.
Lyc. Nyctilon ut cantu rudis exſuperaverit Alcon,

Aſtile, credibile eſt? ut vincat acanthida cornix?
Vocalem ſuperet ſic dirus aëdona bubo.
A. Ne potiar Petale, qua nunc ego maceror una,
Si magis aut docili calamorum Nyctilus arte,
Aut cantu magis eſt, quam vultu, proximus illi.
L. Iam nunc decipior, te iudice: pallidus alter
Venit, et hirſuta ſpinoſior hyſtrice barba;
Candidus alter erat, laevique decentior ovo,
Et rideus oculis crinemque ſimillimus auro,
Qui poſſet dici, ſi non cantaret, Apollo.
A. O Lycida, ſi quis tibi carminis uſus adeſſet,
Tu quoque laudatum poſſes Alcona probare.
L. Vis igitur, quoniam nec nobis, improbe, par es,
Ipſe tuos iudex calamos committere noſtris?
Vis conferre manus? veniat licet arbiter Alcon.
A. Vincere tu quemquam? vel te certamine quisquam
Dignetur, qui vix ſtillantes, aride, voces
Rumpis, et expellis male ſingultantia verba?
L. Fingas plura licet: nec enim potes, improbe, vera

Exprobrare mihi, ſicut tibi multa Lycotas. —
Sed quid opus vana conſumere tempora lite?
Ecce! venit Mnaſyllus: erit — niſi forte recuſas —
Arbiter. Inſta nunc non credulus, improbe, verbis.
A. Malueram — fateor — vel praedam nactus abire,
Quam tibi certanti partem committere vocis:
Nec tamen hoc impune feres. En! adſpicis illum,
Candida qui medius cubat inter lilia, cervum?
Quamvis hunc Petale mea diligat, accipe victor.
Scit frenos, ſcit ferre iugum, ſequiturque vocantem
Credulus, et menſae non improba porrigit ora.
Adſpicis, ut fruticat late caput? utque ſub ipſis
Cornibus et tereti lucent redimicula collo?
Adſpicis, ut niveo frons irretita capiſtro
Lucet, et, a dorſo quae totam circuit alvum,
Alternat vitreas literalis cingula bullas?
Cornua ſubtiles ramoſaque tempora molles
Implicuere roſae, rutiloque monilia torque
Extrema cervice natant: ubi pendulus apri
Dens ſedet, et nivea diſtinguit pectora luna.

Hunc ego, qualemcunque vides in valle, paciſcor
Pendere, dum ſciat hic ſe non ſine pignore vinci.
L. Terreri, Mnaſylle, ſuo me munere credit:
Adſpice, quam timeam! Gehus eſt, ut ſcitis, equarum
Non iugale mihi; quarum, de ſanguine ponam
Velocem Petaſon, qui gramina, matre relicta,
Nunc primum teneris libavit dentibus. Illi
[Pes levis, adductum latus, excelſiſſima cervix,]
Terga ſedent, micat acre caput, ſine pondere cervix,
Et tornata brevi ſubſtringitur ungula cornu,
Ungula, quae viridi ſic exſultavit in arvo,
Tangeret ut fragiles, ſed non curvaret, ariſtas:
Hunc dare, ſi vincar, ſilveſtria numina iuro.
Mn. Et vacat, et veſtros cantus audire iuvabit.
Iudice me ſane contendite, ſi libet: iſtic
Protinus ecce! torum fecere ſub ilice Muſae.
A. Sed, ne vicini nobis ſonus obſtrepat amnis,
Gramina linquamus, ripamque volubilis undae.
Namque ſub exeſo raucum mihi pumice lymphae
Reſpondent, et obeſt arguti glarea rivi.

L. Si placet, antra magis vicinaque ſaxa petamus,
Saxa, quibus viridis ſtillanti vellere muscus
Dependet, ſcopulisque cavum ſinuantibus arcum
Imminet, exeſa veluti teſtudine concha.
A. Venimus, et tacito ſonitum tutabimur antro.
Seu reſidere libet, dabit ecce! ſedilia tophus:
Ponere ſeu cubitum, melior viret herba tapetis.
Mn. Nunc mihi ſepoſita reddantur carmina lite;
Nam vicibus teneros malim cantetis amores:
Aſtile, tu Petalen, Lycida, tu Phyllida lauda.
L. Tu modo nos illis iam nunc, Mnaſylle, precamur,
Auribus excipias, quibus huno et Acanthida nuper
Diceris in ſilva iudex audiſſe Thalea.
A. Non equidem poſſum, cum provocet iſte, tacere.
Rumpor enim merito: nihil hic, niſi iurgia, quaerit.
Audiat, aut dicat, quoniam cupit; hoc mihi certe
Dulce ſatis fuerit, Lycidan ſpectare trementem,

Dum te fante palam ſua crimina pallidus audit.

L. Me, puto, vicinus Stimicon, me proximus Aegon,

Hos inter frutices tacite riſere volentem

Oscula cum tenero ſimulare virilia Mopſo.

A. Fortior o utinam non nunc Mnaſyllus adeſſet!

Efficerem, ne te quisquam tibi turpior eſſet.

Mn. Quid furitis, quae vos inſania tendere iuſſit?

Sic vicibus certare placet? — Sed non ego vobis

Arbiter: hoc alius poſſit discernere iudex.

Et venit, ecce! Mycon, venit et vicinus Iollas:

Litibus hi veſtris poterunt imponere finem.

ECLOGA VII.

Summarium.

Corydon paſtor, ex urbe in agrum reverſus, Lycotae ſodali et cauſam diuturnae abſentiae, et urbis quae vidit miracula, inprimis venationem a Caeſare in amphitheatro editam, copioſe exponit. Egregie ornatum, etiam Caeſaris laudibus, ſed a paſtoritia ſimplicitate abhorrens, carmen.

Lycotas, Corydon.

L. Lentus ab urbe venis, Corydon; vigeſima certe
Nox fuit, ut noſtrae cupiunt te cernere ſilvae,
Et tua moerentes exſpectant iubila tauri.
C. O piger et duro iam durior axe, Lycota,
Qui veteres fagos, nova quam ſpectacula, mavis
Cernere, quae patula iuvenis deus edit arena.
L. Mirabar, quae tanta foret tibi cauſa morandi;
Cur tua ceſſaret taciturnis fiſtula ſilvis,

Et ſolus Stimicon caneret pallente corymbo;
Quem ſine te moeſti tenero donavimus haedo. 10
Nam, dum lentus abes, luſtravit ovilia Thyrſis,
Luſſit et arguta iuvenes certare cicuta.
C. Sit licet invictus Stimicon, et praemia dives
Auferat, accepto nec ſolum gaudeat haedo,
Verum tota ferat, quae luſtrat ovilia Thyrſis: 15
Non tamen aequabit mea gaudia; nec mihi, ſi quis
Omnia Lucanae donet pecuaria ſilvae,
Grata magis fuerint, quam quae ſpectamus in urbe.
L. Dic, age, dic, Corydon, nec noſtras invidus aures
Deſpice: non aliter certe mihi dulce loquere, 20
Quam certare ſoles, quoties ad ſacra vocatur
Aut fecunda Pales aut paſtoralis Apollo.
C. Vidimus in coelum trabibus ſpectacula textis
Surgere, Tarpeium prope deſpectantia culmen,
Immenſosque gradus, et clivos lene iacentes. 25
Venimus ad ſedes, ubi pulla ſordida veſte
Inter femineas ſpectabat turba cathedras.
Nam quaecumque patent ſub aperto libera coelo,
Aut eques aut nivei loca denſavere tribuni.

Qualiter haec patulum contendit vallis in orbem,
Et sinuata latus, resupinis undique silvis,
Inter continuos curvatur concava montes:
Sic tibi planitiem curvae sinus ambit arenae,
Et geminis medium se molibus adligat ovum.
Quid tibi nunc referam, quae vix sufficimus ipsi
Per partes spectare suas? sic undique fulgor
Percussit. Stabam defixus, et ore patenti,
Cunctaque mirabar, necdum bene singula noram.
Tum mihi, tum senior lateri qui forte sinistro
Iunctus erat, „Quid te stupefactum, rustice, dixit,
„Ad tantas, miraris, opes? qui, nescius auri,
„Sordida tecta, casas, et sola mapalia nosti.
„En! ego tam tremulus, tam vertice canus, et ista
„Factus in urbe senex, stupeo tamen omnia: certe
„Vilia sunt nobis, quaecumque prioribus annis
„Vidimus, et sordet, quidquid spectavimus olim."
Balteus en! gemmis, en! illita portious auro,

Certatim radiant; nec non, ubi finis arenae
Proxima marmoreo peragit spectacula muro:
Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis,
Et coit in rotulum, tereti qui lubricus axe
Impositos subita vertigine falleret ungues,
Excutere[illegible]e feras. Auro quoque torta refulgent
Retia, quae totis in arenam dentibus exstant,
Dentibus aequatis; et erat — mihi credo, Lycota,
Si qua fides — nostro dens longior omnis aratro.
Ordine quid referam? vidi genus omne ferarum,
Hic niveos lepores, et non sine cornibus apros,
Manticboram, silvis etiam quibus editur, Alcen
Vidimus, et tauros, quibus aut cervice levata
Deformis scapulis torus eminet, aut quibus hirtae
Iactantur per colla iubae, quibus aspera mento
Barba iacet, tremulisque rigent palearia setis.
Nec solum nobis silvestria cernere monstra
Contigit; aequoreos ego cum certantibus ursis
Spectavi vitulos, et equorum nomine dignum,

Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amni,
Qui fata riparum venientibus irrigat undis.
Ah! trepidi quoties nos descendentis arenae
Vidimus in partes, ruptaque voragine terrae
Emersisse feras; et eisdem saepe latebris
Aurea cum croceo creverunt arbuta [illegible]o.
L. O felix Corydon, quem non tremebunda senectus
Impedit! o felix, quod in haec tibi saecula primos,
Indulgente deo, demittere contigit annos!
Nunc tibi si propius venerandum cernere numen
Sors dedit, et praesens vultumque habitumque notasti,
Dic, age, dic, Corydon, quae sit modo forma deorum.
C. O utinam nobis non rustica vestis inesset!
Vidissem propius mea numina: sed mihi sordes,
Pullaque paupertas, et adunco fibula morsu
Obfuerunt; utcumque tamen conspeximus ipsum
Longius, ac, nisi me decepit visus, in uno
Et Martis vultus et Apollinis esse putavi.

ECLOGA VIII.

(al. Nemesiani I.)

Summarium.

Timetas a Tityro, qui ipse ob senectutem noluerat versus pangere, invitatus canit laudes Meliboei defuncti, imaginibus e vita pastoritia, sive potius e bucolicis antiquis poetis ut Virg. Ecl. V. ductis ornatas. Ex aetate Meliboei et Tityri colligit Wernsdorf. esse eclogam extremis Diocletiani annis scriptam, et in hac tribusque sequentibus etiam castigatiorem orationem animadvertisse sibi visus est.

Timetas, Tityrus.

Tim. Dum fiscella tibi, fluviali, Tityre, iuncо
Texitur, et raucis resonant tua rura cicadis,
Incipe, si quod habes gracili sub arundine carmen
Compositum. Nam te calamos inflare labello
Pan docuit, versusque bonus tibi favit Apollo. 5
Incipe, dum salices haedi, dum gramina vaccae

Detondent, viridique greges permittere campo
Et ros et primi suadet clementia solis.
Tim. Hos annos canamque meam, mihi care, senectam
Tu iuvenis carusque deis in carmina cogis?
Viximus, et calamis versus cantavimus olim,
Dum secura hilares aetas ludebat amores.
Nunc album caput, et veneres tepuere sub annis:
Iam mea ruricolae dependet fistula Fauno.
Te nunc rura sonant; nuper nam carmine victor
Risisti calamos et disona flamina Mopsi,
Iudice me. Mecum senior Meliboeus utrumque
Audierat, laudesque tuas sublime ferebat;
Quem nunc, emeritae permensum tempora vitae,
Secreti pars orbis habet, mundusque piorum.
Quare age, si qua tibi Meliboei gratia vivit,
Dicat honoratos praedulcis tibia manes.
Tim. Et parere decet iussis, et grata iubentur.
Namque fuit dignus senior, quem carmine Phoebus,

Pan

Pan calamis, et fidibusque Linus, modulatibus Orpheus,
Concinerent, atque acta viri laudesque sonarent.
Sed quia tu nostrae Musam deposcis avenae,
Accipe, quae super haec cerasus, quam vides ad amnem,
Continet, inciso servans mea carmina libro.
Tit. Dic, age; sed nobis ne vento garrula pinus,
Obstrepat, has ulmos potius fagosve petamus. —
Tim. Hic cantare libet: virides nam subiicit herbas
Mollis ager, lateque tacet nemus omne; quieti,
Adspice, ut, ecce! procul decerpant gramina tauri.
Omniparens aether, et, rerum causa, liquores,
Corporis et genetrix, tellus, vitalis et aër,
Accipite hos calamos, atque haec nostro Meliboeo
Mittite, si sentire datur post fata quietis.
Nam si sublimes animae coelestia templa
Sidereasque colunt sedes, mundoque fruuntur:

Tu noſtros adverte modos, quos ipſe benigno
Pectore foviſti, quos tu, Meliboee, probaſti.
Longa tibi, cunctisque diu ſpectata ſenectus,
Felicesque anni, noſtrique noviſſimus aevi
Circulus, innocuae clauſerunt tempora vitae.
Nec minus hinc nobis gemitus lacrimaeque fuere,
Quam ſi florentes mors invida pelleret annos.
Nec tenuit tales communis cauſa querelas:
Heu! Meliboee, iaces letali frigore ſegnis
Lege hominum, coelo dignus, canente ſenecta,
Concilioque Deum. Plenum tibi ponderis aequi
Pectus erat. Tu ruricolûm discernere lites
Adſueras, varias patiens mulcendo querelas.
Sub te ruris amor, ſub te reverentia iuſti
Floruit, ambiguos ſignavit terminus agros.
Blanda tibi vultu gravitas, et mite ſevera
Fronte ſupercilium, ſed pectus mitius ore.
Tu calamos aptare labris, et iungere cera
Hortatus duras docuiſti fallere curas.
Nec ſegnem nobis paſſus marcere iuventam,
Saepe dabas meritae non vilia praemia Muſae.
Saepe etiam ſenior, ne nos cantare pigeret,

Laetus Phoebea dixisti carmen avena.
Felix o Meliboee, vale! tibi frondis odorae
Munera dat, lauros carpens, ruralis Apollo:
Dant Fauni, quod quisque valet, de vite racemos,
De campo culmos, omnique ex arbore fruges.
Dat grandaeva Pales spumantia cymbia lacte,
Mella ferunt Nymphae, pictas dat Flora coronas.
Manibus hic supremus honos. Dant carmina Musae;
Carmina dant Musae, nos te modulamur avena,
Silvestris nunc te platanus, Meliboee, susurrat,
Te pinus; reboat te, quidquid carminis Echo
Respondet silvae; te nostra armenta loquuntur.
Namque prius siccis phocae pascentur in arvis
Hirsutusque freto vivet leo, dulcia mella
Sudabunt taxi, confusis legibus anni
Messem tristis hiems, aestas tractabit olivas,
Ante dabit flores autumnus, ver dabit uvas,
Quam taceat, Meliboee, tuas mea fistula laudes.
Tit. Perge, puer, coeptumque tibi ne defere carmen.
Nam sic dulce sonas, ut te placatus Apollo

Provehat, et felix dominam perducat ad urbem.
Namque huc e silvis praesens tibi fama benignum
Stravit iter, rumpens livoris nubila plena.
Sed iam sol demittit equos de culmine mundi,
Flumineos suadens gregibus praebere liquores.

ECLOGA IX.

(al. Nemesiani II.)

Summarium.

Idas et Alcon, Siculi pastores, Donaces, cuius furtivo amplexu iam fruiti erant, nunc a parentibus inclusae, desiderium cantu et querelis, quas versibus effundunt, lenire studeni. Plura ex Ecl. III. repetita sunt, non satis semper aptis locis, nonnulla etiam ex II., et dubitari potest, an Calpurnium habeat auctorem, neque imitatoris ingenio debeatur, non admodum casto.

Idas, Alcon.

Formosam Donacen puer Idas et puer Alcon
Ardebant, rudibusque annis incensus uterque
In Donaces Venerem furiata mente ruebant.
Hanc, cum vicini flores in vallibus horti
Carperet, et molli gremium compleret acantho,
Invasere simul, venerisque immitis uterque
Tum primum dulci carpebant gaudia furto.

Hinc amor, et pueris iam non puerilia vota,
Quis anni ter quinque hiemes, et cura iuventae.
Sed postquam Donacen duri clausere parentes,
Quod non tam tenui filo de voce sonaret,
Sollicitusque foret pinguis sonus, improba cervix,
Suffususque rubor crebro, venaeque tumentes:
Tum vero ardentes flammati pectoris aestus
Carminibus dulcique parant relevaro querela,
Ambo aevo cantuque pares, nec dispare forma,
Ambo genis laeves, nec intonsi crinibus ambo;
Atque sub hac platano moesti solatia casus
Alternant, Idas calamis et versibus Alcon.

I. „Quae colitis silvas Dryades, quaeque antra Napeae,
Et quae marmoreo pede, Naiades, uda secantes
Littora purpureos alitis per gramina flores,
Dicite, quo prato Donacen, qua forte sub umbra
Inveniam, roseis stringentem lilia palmis?
Nam mihi iam trini perierunt ordine soles,
Ex quo consueto Donacen exspecto sub antro.
Interea, tamquam nostri solamen amoris
Hoc foret, aut posset rabidos medicare furores,

Nulla meae trinis tetigerunt gramina vaccae
Luciferis, nulloque biberunt amne liquores:
Siccaque foetarum lambentes ubera matrum
Stant vituli, et teneris mugitibus aëra complent.
Ipse ego nec molli iunco, nec vimine lento,
Perfeci calathos cogendi lactis in usus.
Quid tibi, quae nosti, referam? scis, mille iuvencas
Esse mihi; nosti numquam mea mulctra vacare.
Idas ille ego sum, Donace, cui saepe dedisti
Oscula, nec medios dubitasti rumpere cantus,
Atque inter calamos errantia labra petisti.
Heu, heu! nulla meae te tangit cura salutis?
Pallidior buxo violaeque simillimus erro.
Omnes ecce! cibos, et nostri pocula Bacchi
Horreo; nec placido memini concedere somno.
Te sine — vae misero! — mihi lilia nigra videntur,
Pallentesque rosae, nec dulce rubens hyacinthus;
Nullos nec myrtus, nec laurus spirat odores.
At tu si venias, et candida lilia fient,
Purpureaeque rosae, et dulce rubens hyacinthus;

Tum mihi cum myrto laurus ſpirabit odores.
Nam dum Pallas amet turgentes ſanguine baccas,
Dum Bacchus vites, deus et ſata poma Priapus,
Paſcua laeta Pales, Idas te diliget unam.“
Haec Idas calamis. Tu, quae reſponderit Alcon
Verſu, Phoebe, refer; ſunt aurea carmina Phoebo.
A. „O montana Pales, o paſtoralis Apollo,
Et nemorum Sylvane potens, et noſtra Dione,
Quae iuga celſa tenes Erycis, cui cura iugales
Concubitus hominum totis connectere ſaeclis,
Quid merui? cur me Donace formoſa reliquit?
Munera namque dedi, noſter quae non dedit Idas:
Vocalem, longos quae ducit, aëdona, cantus;
Quae, licet interdum contexto vimine clauſa,
Quum parvae patuere fores, ceu libera, ferri
Norit et agreſtes inter volitare volucres:
Scit rurſus remeare domum tectumque ſubire,
Viminis, et caveam totis praeponere ſilvis.
Praeterea tenerum leporem, geminasque palumbes

Nuper, quae potui, ſilvarum praemia, miſi.
Et poſt haec, Donace, noſtros contemnis amores?
Forſitan indignum ducis, quod ruſticus Alcon
Te cupiam, qui mane boves in pascua ducam. —
Di pecorum pavere greges, formoſus Apollo,
Pan doctus, Fauni vates, et pulcher Adonis.
Quin etiam fontis ſpeculo me mane notavi,
Nondum purpureos Phoebus cum tolleret ortus,
Nec tremulum liquidis ſplenderet lumen in undis.
Quod vidi, nulla tegimur lanugine malas;
Pascimus et crinem; noſtro formoſior Ida
Dicor, et hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas,
Purpureas laudando genas; et lactea colla,
Atque hilares oculos et formam puberis aevi.
Nec ſumus indocti calamis: cantamus avena,
Qua divi cecinere prius, qua dulce locutus
Tityrus e ſilvis dominam pervenit ad urbem.
Nos quoque, te propter, Donace, cantabimur urbi,

Si modo coniferas inter viburna cupreſſos
Atque inter pinos corylum frondescere fas eſt.“
Sic pueri Donacen toto ſub ſole canebant,
Frigidus e ſilvis donec deſcendere ſuaſit
Hesperus, et ſtabulis paſtos inducere tauros.

ECLOGA X.

(al. Nemesiani III.)

Summarium.

Pan, cui dormienti tres pueri fistulam abstulerant, carmen tentaturi, expergefactus et facile iis indulgens, ipse carmine origines, laudes et dona Bacchi celebrat. Expressit poëta Virg. Eclogam VI., cui nostram adeo praetulit Fontenellius.

Pan.

Nyctilos atque Mycon nec non et pulcher Amyntas
Torrentem patula vitabant ilice solem;
Quum Pan venatu fessus recubare sub ulmo
Coeperat, et somno lassatas sumere vires:
Quem super ex tereti pendebat fistula ramo.
Hanc pueri — tamquam praedam pro carmine possent
Sumere, fasque esset calamos tractare deorum —
Invadunt furto: sed nec resonare canorem

Fistula, quem fuérat, nec vult contexere carmen;
Sed pro carminibus male disfona fibila reddit.
Tum Pan excussus fonitu stridentis avenae,
Iamque videns, „Pueri, si carmina poscitis, inquit,
„Ipse canam, nulli fas est inflare cicutas,
„Quas ego Maenaliis cera coniungo sub antris.
„Iamque ortus, Lenaee, tuos et femina vitis
„Ordine detexam: debemus carmina Baccho.“
Haec fatus coepit calamis sic montivagus Pan:
„Te cano, qui gravidis hederata fronte corymbis
Vitea serta plicas, quique udo palmite tigres
Ducis odorato perfusus colla capillo,
Vera Iovis proles; nam tunc posti sidera coeli
Sola Iovem Semele vidit Iovis ora professum.
Hunc pater omnipotens, futuri providus aevi
Pertulit, et iusto produxit tempore partus.
Vos etiam Nysae viridi nutristis in antro
Hunc, Nymphae, Faunique senes, Satyrique procaces.
Quin et Silenus parvum veneratus alumnum
Aut gremio fovet, aut resupinus sustinet ulnis
Et vocat ad risum digito, motuque quietem

Adlicit, aut tremulis quaſſat crepitacula palmis.
Cui dens adridens horrentes pectore ſetas
Vellicat, aut digitis aures adſtringit acutas,
Applauditve manu mutilum caput, aut breve mentum,
Et ſimas tenero collidit pollice nares.
Interea pueri floreſcit pube inventa,
Flavaque maturo tumuerunt tempora cornu.
Tum primum lactas oſtendit pampinus uvas;
Mirantur Satyri frondes et poma Lyaei.
Tum deus, „o Satyri; maturos carpite fructus
Dixit, et ignotos, pueri, calcate racemos.“
Vix haec ediderat, decerpunt vitibus uvas,
Et portant calathis, celerique illidere planta
Concava ſaxa ſuper properant, vindemia ſervet
Collibus in ſummis, crebro pede rumpitur uva,
Nudaque purpureo ſparguntur pectora muſto.
Tum Satyri, laſciva cohors, ſibi pocula quisque
Obvia corripiunt; quod fors dedit, hoc capit uſus.
Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco:
Concavat ille manus, palmasque in pocula vertit:

Pronus at ille lacu bibit, et crepitantibus hausit
Musta labris: alius vocalia cymbala mergit:
Atque alius latices pressis resupinus ab uvis
Excipit; at potis saliens liquor ore resultat,
Spumeus inque humeros et pectora diffluit humor.
Omnia ludus habet: cantusque chorosque licentes
Et Venerem iam vina movent; raptantur amantes
Concubitu Satyri fugientes iungere Nymphas;
Iam iamque elapsas hic crine, hic veste retentat.
Tum primum roseo Silenus cymbia musto
Plena senex avide non aequis viribus, hausit.
Ex illo venas inflatus nectare dulci
Hesternoque gravis semper videtur Iaccho.
Quin etiam deus ille, deus Iove prosatus ipso,
Et plantis uvas premit, et de vitibus hastas
Ingerit, et lynci praebet cratera bibenti."

Haec Pan Maenalia pueros in valle docebat,
Sparsas donec oves campo conducere in unum
Nox iubet, uberibus suadens siccare fluorem
Lactis, et in niveas adstrictum cogere glebas.

ECLOGA XI.

(al. Nemesiani IV.)

Summarium.

Lycidas et Mopsus, ille Iollam puerum, hic Meroën puellam, perdite amantes, alternis canunt amores, querelasque exprimunt versibus elegantibus ita, ut praestantissima omnium Calpurnii Ecll. haec videatur. Oeconomiam Pharmaceutriae Theocr. et Virg., sententias Virg. Ecl. II. noster secutus est. Confer. etiam Theocr. XI. XXIII.

Lycidas, Mopsus.

Populea Lycidas, nec non et Mopsus in umbra,
Pastores, calamis ac versu doctus uterque,
Nec triviale sonans, proprios cantabat amores.
Nam Mopso Meroë, Lycidae crinitus Iollas
Ignis erat; parilisque furor de dispare sexu
Cogebat trepidos totis discurrere silvis.
Hos puer ac Meroë multum lusere furentes,
Dum modo condictas vitant in vallibus ulmos,

Nunc fagos placitas fugiunt, promiſſaque fallunt
Antra, nec eſt animus ſolitos adludere fontes.
Tum tandem feſſi, quos luſus adèderat ignis,
Sic ſua deſertis nudarunt vulnera ſilvis,
Inque vicem dulces cantu dixere querelas.
M. Immitis Meroë, rapidisque fugacior Euris,
Cur noſtros calamos; cur paſtoralia vitas
Carmina? quemve fugis? quae me tibi gloria victo?
Quid vultu mentem premis, ac ſpem fronte ſerenans
Tandem dura negas? — poſſum non velle negantem.
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“
L. Reſpice me tandem, puer o crudelis, Iolla:
Non hoc ſemper eris. Perdunt et gramina flores,
Perdit ſpina roſas, nec ſemper lilia candent,
Nec longum tenet uva comas, nec populus umbras.
Donum forma breve eſt, nec ſe tibi commodat annis:

„Can-

„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“

M. Cerva marem ſequitur, taurum formoſa iuvenca,
Et Venerem ſenſere lupae, ſenſere leaenae,
Et genus aërium, volucres, et ſquamea turba,
Et montes ſilvaeque: ſuos habet arbor amores.
Tu tamen una fugis; miſerum tu perdis amantem.

„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“

L. Omnia tempus alit, tempus rapit: uſus in arcto eſt.
Ver erat, et vitulos vidi ſub matribus iſtos,
Qui nunc pro nivea coïere in cornua vacca.
Et tibi iam tumidae nares, iam fortia colla,
Iam tibi bis denis numerantur meſſibus anni.
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“

M. Huc, Meroë formoſa, veni; vocat aeſtus in umbram:
Iam pecudes ſubiere nemus; iam nulla canoro
Gutture cantat avis, torto non ſquamea tractu
Signat humum ſerpens: ſolus cano; me ſonat omnis

Silva, nec aeſtivis cantu concedo cicadis.
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“
L. Tu quoque, ſaeve puer, niveum ne perde colorem
Sole ſub hoc; ſolet hic lucentes urere malas.
Hic, age, pampinea mecum requieſce ſub umbra.
Hic tibi lene fluens fons murmurat; hic et ab ulmis
Purpureae foetis dependent vitibus uvae.
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“
M. Qui tulerit Meroës faſtidia longa ſuperbae,
Sithonias feret ille nives Libycosque calores,
Nerinas potabit aquas, taxique nocentis
Non metuet ſuccos, Sardoaque gramina vincet,
Et ſua Marmaricos coget iuga ferre leones.
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“
L. Quisquis amat pueros, ferro praecordia duret,
Nil properet, diſcatque diu patienter amare,
Prudentesque animos teneris non ſpernat in annis,

Perferat et faſtus. Sic olim gaudia ſumet,
Si modo ſollicitos aliquis deus audit amantes.
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“
M. Quid prodeſt, quod me pagani mater Amyntae
Ter vittis, ter fronde ſacra, ter ture vaporo
Luſtravit, cineresque averſa effudit in amnem,
Incendens vivo crepitantes ſulphure lauros,
Cum ſic in Meroën totis miſer ignibus arſi?
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“
L. Haec eadem nobis, quae verſicoloria fila,
Et mille ignotas, Mycale, circumtulit herbas,
Cantavit, quod luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt ſcopuli, migrant fata, vellitur arbos.
Plus tamen, ecce! meus, plus eſt formoſus Iollas.
„Cantet, amat quod quisque; levant et carmina curas.“

ADNOTATIONES.

Ecloga I.

Inſcribitur vulgo *Delos*, quod Wernsdorf. ad Apollinem Delium, oraculorum auctorem, refert. Coniecerunt alii: *Deus*. Inſcribenda erat *Faunus*. Sed illi tituli omnes non a poeta ſunt profecti. Expreſſa eſt Virg. Ecl. IV.

V. 1. *declinis* Heinſ. quo non eſt opus.

5. Non male Dorv. a. *Molliter hirſuta*. — Nonn. libri: *geneſta*.

6. Quidam *ulmis*. al. *umbrae*.

9. Plures libri *gracilis*, Auguſtei aevi ſcriptura, niſi male ad *ſilvam* retulerunt. Mox aliquot codd. *denſet*, de qua forma *denſere*, vidd. quos Burm. laudat.

11. Heinſ. malebat *Palantes*. Vulg. ſpumantes aquas recte exprimit.

16. Deeſt in Barth. Abrupta eſt oratio, et fortaſſis verſus excidit, qui ſequebatur.

17. *nova* e codd. ſcripſi pro *mea*, probante Burm. Augetur doni magnitudo. Mox *docili* aut *docilem* melius erat.

18. Non mutavimus colloquentium nomina, etſi in Dav. ed. factum. v. 20. ſ. et 22. ad unum pertinent. Unde et Rom. v. 20. praefixit *Cor.*

nomen, quod probo. V. 18. Kemph. nescio unde, *Natura*, adfert.

25. Barth. e vestigiis codd. coniecit: *percurrere certius Orsus*. At cito carmen cognoscere cupit.

29. *resultant* coni. Heins. ut IV, 5.

30. *Nec* mont. pro vulg. *Non* mont. cum codd. editum. Mox Heins. coniecit: *destringunt fibila versus*. Vulgatae sensus: non inter fatidicos versus leguntur interiectae rusticae voces.

32. Gudius *praelege* maluit.

35. Vulg. *fagis*. Correxit Ulitius. Intell. oracula lecta, quae canuntur, cum patefacta fata sint. In *patefacere* similibusque a verb. fec. confug. compositis syllaba secunda nunc corripitur, nunc producitur. v. Burm.

42. *Secura*. Burm. quia *fecuro* v. 38. praecessit, maluit *fincera* scribi. At illud accommodatius paci. *Friesemann*. Collect. Crit. coni. Aurea *Saturni* —

45. *causas* recepi, etsi Wernsdorf. vulg. *causam* defendit. Non dici puer (Numerianus) poterat unam causam aut orasse aut lusisse. Burm. coni. *curam*, quod de imperii cura accipiatur, *παίζειν, βασιλείαν*, Herodi. VII, 8. Libri multi: *qui lusit Iulis*.

46. *Vinctas* tuetur Virg. Aen. I. 299. Al. *iunctas* aut *victas*.

51. Deest in pluribus libris. Heins. coni. *nullosque fui*, vel *ducis*, vel *ducum*.

52. Si *subigentur* verum est, significat, subacta coercebuntur. Codd. *subdentur*. Ulit. coniecit *claudentur*.

55. *Quali* coni. Burm. Mox libri nonn. *profuso*.

57. Triplex locum premit difficultas, quod pax dicitur diffundere publica discordia; quod voc. *discordium* non auctoritate idonea nititur (v. Wernsdorf. Exc.), quod *graſſantibus armis* et *tacito ferro* iunguntur. Fort. legendum:

quum (h. e. quando) lib. Marte prof.
Quum, dom. — — armis
Publica (i. e. civilia) diff. tacito (aut *tacite*)
Discordia bella.

Heinſ. et Barth. bis ſcribi *Quam* voluerunt, Heinſ. etiam *ceſſantibus arm.* Burm. — quam l. M. p. *Et* d. p. h. — Libri nonn. *diffugit*. Add. Wernsd. Exc. II.

59. *inſcis* Burm. ed. — *dementia* noto errore libri plures.

61. Libri quidam *laxabit*.

70. Non videtur e libb. nonnullis ſcribendum: *nec inane. vanos* coni. Burm.

74. V. D. in Bibl. german. XLIII, p. 254. coni. *gens ima iacentem*, notatus a Wernsdorfio filio praef. ad T. VI. P. II. Poet. Lat. p. XIV.

75. *Ereptumque* codd. nonnulli. *Ejectumque* coniicit Heinſ, probante Kemph. Recte monet Wernsd., veteres partem auſtralem depreſſam, borealem erectam, exiſtimaſſe, coll. Virg. Ge. I, 240. ſs. *Borean* ſcripſi pro vulg. quia et in aliis locis graeca terminatio talium vocabb. legitur. Ita et mox *cometen*, non *cometem* dedi.

76. *Seruit* libri ſcripti, unde facile poeticum *Feruit* reſtitui potuit. v. Burm. Al. *Fervet*.

78. Uſitatius fuiſſet: *placida radiantem luce* — atque ita pauci libri. Alii: *placidam radianti* l.

79. *nutet* reſtituit W. — Burm. ſine auctoritate

codd. *mittat*. Aliis placuit *nictet*, aut niteat. Libri: *nutat*, *mutat*, *mutet*.

8. Burm. *Non per utrumque p.* posito puncto post *lampas*. *Numquid* ex edd. pr. restituit *Wernsd.*

81. Malnit Heins. *Pergit* quod et in Dorv. cod. — Burmanni lectione in antecedd. versu probata Nodell. Not. crit. p. 86. hic legi vult: Spargitur ardenti scintillans lumine l, sed si cum Wernsd. scribatur *Numquid utr. p.*, tum sanum esse hunc locum censet.

84. Expressit Ovid. Met. XV, 1. Sequentem imaginem W. probabiliter coniecit repetitam a statuis regum globum (orbem) sustinentibus; unde *translatus* in eum *orbis*, qui si firmiter sustinetur (*inconcussa*), non edit *fragorem* (non intonat eius fragor — *sonitu* non cum v. *translati*, sed cum v. *intonat* iungendum.)

87. s. Obscura sunt oraculi verba ex poetae consilio. Itaque lectio non mutanda. Sensum hunc, post Barth., invenit W.: nec prius Roma defunctos (imperatores) propter eximia merita censeat (referat inter) penates, (diis adscribat — de apotheosi —) quam ortus (successio) novi imperatoris declaret occasum (obitum) praecedentis, ita ut nullum intervallum sit (simplicius: novum imperium exceperit superius.) Pro *Censeat* placuit nonnullis *Sentiat*, quod et pauci scripti libri habent. Barth. et alii explicant de voto, ut quam diutissime vivant: non prius Roma deos suos tutelares defunctos sentiat, quam occasus ad ortum respexerit, h. e. numquam.

89. Vett. libri omnes *plenus*, perperam.

91. *foecundi* edd. nonn. huic certe loco non convenit.

93. *Discamus* Barth. e cod. At *dicere* eſt, canere. Auguſtae aures ſunt Auguſti, imperatoris, Cari. — *auris* libri nonn.

ECLOGA II.

Inſcribitur vulgo Crocale, puellae nomine, quae argumentum certamini praebuit.

1. Nonn. edd. et codd. *Crotalen*, et ſic etiam in ſeqq. Vulgatum tuetur Ovid. Met. III, 169.

3. *neo impar* e coniect. Modii editum. Nam libri, *ſed impar*, contra ſententiam. Martell. *neque impar.*

4. D. terras *vi*, et v. 5. *ſub umbras* Dorv. a.

8. Al. *vendicet*. Heinſ. coni. *venditet*. Idem mox *certamen erant.*

11. Ulit. coni. *quodcumque*. Vulgatum exquiſitius. Mox libri inter *alitum* et *altum* fluctuant. Illud etſi metro adverſans, poſt Gebh. et Kemph. praefert W. At noſter non facile aërem ſine epitheto dimiſiſſet, et primae ſyllabae v. ales correptae ne apud ſeriores quidem poetas certum exemplum affertur. v. W. in Add. T. IV.

12. *lentas*. Frieſemann. Collect. Crit. p. 175. maluit *laetas*, ut iam Tit., *aut lentus*. Utroque nunc non eſt opus.

14. *Adfuerant* nonn. edd. metri, opinor, cauſa. — Haec inepta; at v. ſeq. ex Virg. Ecl. 8, 4.

17. *egere fil.* coni. Burm.

18. ſ. Verba *neglectaque — calcabant*, et *etiam* deſunt in aliquot edd. et codd. Neſcio quomodo ex Virg. Ecl. 8. defendat Tit. Omitti etiam plura poterant, quod Guidalottus vidit.

21. *annoſa* addit Burm. (qui et coniecit: *an-*

nosa — umbra h. e. arbore). Annosa magis *ilici* v. 12. convenerit. Et *umbrosa* legunt plerique codd. et edd.

25. *habete* e Burm. et Wernsd. coniectura pro vulg. *habeto* dedi. Ita concinnior est oratio.

27. Alia codd. et edd. nonn. lectio: *discrevit digitus. Decernunt* legi iussit Gronov. obss. III, 15. atque ita nonn. dederunt, etiam Burm.

29. Heins. coni. *taenia*, Burm. maluit *pinu*, quia *taeda* non dici *frondens* potuit.

30. Vulg. *parvo hoc. hoc* deest in Dorv. a. et Heins. deleri recte iussit.

31. Heins. *crescat*. At a deo dicitur, quod iam certum est.

32. *Et mihi* Ulit. e nonn. libb. praetulit. — Vulg. *parienti gramine*, quod sensu idoneo destituitur, *parienti germine* coni. Burm. *pallenti* ex coniectura *Ant. de Rooy* spicil. crit. c. 17. dedi, coll. V, 9. Heins. *ridenti*, *varianti*, *vernanti*, *roranti*, adscripsit. — In fine v. *fundit* Titius legi maluit, probante Burm.

33. Sententia: matura poma sub meis arboribus copiose huc illuc cadunt. Non mirandum, in codd. haec mutata, et Criticis, ut Scaligero, improbata esse.

34. Codd. lectio est *fontes*. Edd. princ. singularem habent.

35. *mutare* edd. et codd. nonn. Doctius videri potest. Sed de mutatione tameu seqq. agunt. *nutrire* tuetur etiam Nodell. Not. crit. p. 86.

41. Nonn. edd. *genitalia*, quod pomis non convenit, sed arboribus. v. Burm.

43. Editum vulgo *praecoquibus*, Gellius N. A.

X, 11. oſtendit, veteres non adhibuiſſe form. *praecoquis*, ſed *praecox*, etſi *praecoquum* dixere. Cf. tamen Gesn. Theſ. III, 996. Forcellini Lex. Lat. III, 495.

45. Ulit. ſcripſit: *gregibus portare novis, ut* — non male, quia *primo morſu* ſequitur, etſi aliter ſtatuit Burm. At vulgatum defendi poteſt, et tuentur, praeter Dorv. a., codd. et edd. omnes.

47. *vagas* ex Sqalig. coniectura dedi pro vulg. *vagos*. Illud magis poëticum.

48. Vulg. *fulvis radicibus arida* t. *altera* (quod reſpondet ſequ. *mutata*) e codd., *vulſis* (i. e. plantis quae evulſae ex alio ſolo ſunt) e coniect. Burm. editum. Nam ſi radices iam fulvae (qui color eſt exareſcentium) factae ſunt, non feliciter transplantantur.

49. Nonn. *Pangitur*. At herba, non terra, pangitur.

50. Al. ut Burm. *fucos*. Invito me hic remanſit *fuccos*. Itaque et poſt *Succida* et *fuccos* reliqui. Nam verior ſcriptura eſt *fucus*, v. Heyn. ad Virg. Ecl. III, 6.

54. *Dicam namque* n. Reſtitui hanc vet. lectionem, iubente etiam Wernsdorf. in Add. T. IV. p. 803. Nam vulg. *Decernamque* (h. e. conſecrabo) primus e (coniect. ut videtur) dedit Pith. quem alii ſecuti ſunt. Gronov. Obſs. III, 13. maluit: *Secernamque* — Non offenderé poteſt ruſtica ſimplicitas in repetitione v. *dicam*; et ſententia eſt: nam dicam, hoc erit ſacrum nemus, et ſub hac arbore erit numen.

55. *Hac* coniecerunt Ulit. et Gronov. pro

vulg. Hoc. Recte. Nam vividius locus significatur. Heinſ. coni. *hac eris.*

56. Al. legunt *in Crotale.* Mox Kemph. *quisquis* m. v. d.

57. Nonn. edd. *Huic ſimilis*, ut intelligatur faginum ſimulacrum. At *faginus ſcyphus* intell. coll. Virg. Ecl. III, 36. V, 67. Tib. I, 10, 8. Gronov. *hic ſolus.*

61. Heinſ. cum codd. nonn. *ſed non et.* At vim habet repetitio verbi ſubſtantivi.

63. Huius verſus loco in paucis edd. legitur hio:

Perfundens aras divorum ſanguine largo

ab ingenio et arte noſtri alienus. Nec illa quidem repetitio *agnus, agna*, in hac dicendi ſimplicitate displicet. Nonn. *Parilibus.*

65. Admodum libri ſcripti et editi variant: *fundere liba* (etiam, *vina*); *figere liba; farrea liba* (quod certe huic loco non convenit. *fingere* et libris nonnullis nititur et eſt Ovidianum (Faſt. III, 670.)

66. Perperam libri vett. *fagas.*

67. Libri nonnulli: *Nec fere.* Alii: *Nec ſunt; Nec fero; Nec fert; Nec fors.* Scilicet ellipticum Infinitivi uſum non animadverterunt.

68. Nonn. *palanteis*, non magis quam *vellere* in quibusdam, probandum.

71. *Venies* hic et 74. alii libri. In ultimo vocabulo variant libri: *annus; hortus; hornus* (*ortus* et *ornus* tantum ſcripturae varietas eſt). *Hornus*, quia adiect. eſt, Burm. aut *hornum*, aut potius *faetus* t. ſ. *hornus* legi vult. Wernsd. ſup-

plet *caseus*, aut *proventus. mihi* ferm. (in noim. libr.) prorsus est incommodum.

73. *arenas* in aliquot libris ex vulgari proverbio repetitum, nec opus est coniect. Burm. *avenas*.

77. *Sumo* minus exquisite libri quidam. Mox Burm. coniecturis *nutantes*, aut, *sudantes*, l. *coacto* non est opus.

81. Lectio *renitenti*, etsi ineptam reddit imaginem (ficuum Chiarum) invenit tamen patronum, Titium.

84. f. Non displicet Barthio lectio unius vet. ed. — *num gravis annis Decipior miser? o!* quot. — *fallo*.

87. *fragili* ex edd. vett. Gronov. Obss. IV, 22. Vulgato favet locus Ovid. Am. I, 14.

88. Olim lectum: *conspicor esse*, iam dudum emendatum.

90. Heins. *Induimur*, ad exemplum IX, 77. Recte. Itaque vulg. *Induimus* mutavi.

92. Mira est lectio ed. Opor. *Carmina spernit amor, n. f. flectit amorem.* Vulg. significat: de amore canendum est, et facile diutius canere possim, sed fugit tempus. Libri nonn. *fistit amori*.

95. *Doryla* e Burm. emendatione, codd. etiam firmata, dedi pro vulg. *Dorida*, quod, si est Δωρίδας, metrum respuit.

97. Nonn. libri: *finierat*.

99. *Ite pares* coni. Burm. — *ab hoc* (i. e. ab hoc inde tempore). Ita cum codd. nonn. et Burm. edidi. Vulg. *ob hoc*, quod Wernsd. revocavit, locum haberet, si antea fuisset: *estis pares*.

Ecloga III.

Inſcribitur *Exoratio*. Non Virgilium modo, ſed etiam Theocritum (Id. III, XIV. XXIII.) noſter expreſſit.

Iollas. alterum nomen in codd. et edd. aliquot ſcribitur, non *Iolas*. Nam eſt Ιολλας, non, Ιωλας, opinor. Itaque ſic etiam v. 24. 92. et in aliis Eclogis ſcripſi. Atque ita quoque in Virg. Ecl. II, 57.

1. Nonn. — *valle* juv. *Forte m.*

4. Ulit. maluit: *apparet duris eho* (i. e. heu) *perdita ruſcis. Iam dud.* etc. coll. Virg. VIII, 87. et mox Burm. cum libr. nonn. dedit: *Iam dudum nullis* — Heinſ. maluit: *nullus*. Vulgatae ſenſus eſt: ego iam dudum non dubitavi crura perdita (lacerata) duris ruſcis et omnibus rubetis ſcindere.

8. Diſtinctionem poſt *immodice* tolli, et *immodice ingratam* dici Phyllidem male putavit Barth.

9. Nonn. *mea vulnera*. Vulg. gravius h. l. Mox Dorv. *eſt femina*.

13. *ſi forte vacabis* cum Burm. et nonn. codd. edidi. Wernsd. ex edd. vett. *ſi quando vocabis*. *quando* ex antecedd. repetitum, quia ſequitur *nunc*. Burm. etiam diſtingui maluit: *Altius iſta querar? Si forte vacabis* (aut, *vacabit*), *Iola, Has pete* etc. Vulg. tamen lectio convenientior eſt illi, qua nunc uterque utitur, conditioni.

14. Perperam nonn. libri: *leves*, i. e. *laeves*.

16. Vulg. *ſpatiatus* huic loco prorſus non convenit, ubi antea taurus *requieſcere* dicitur. Ita-

que non dubitavi recipere Burm. correctionem *ſpatioſus*, quae firmatur cod. Heinſ. et Dorv. a. Tauri eſt perpetuum epitheton. Heinſ. maluit *ſatiatus*.

18. *contemptus*, et *contentus*, quod Ulit. maluit eſtque in paucis libris, displicet Burmanno, qui coniicit: *quamvis non tempus*, aut *potius quamvis contendis*.

19. *laetus*, aut *ſolus* eſt in codd. et edd. pr. *laevus* e Barth. coniectura datum.

22. Displicet repetitio imp. *age*. *tulere* explicant abſtulere, diſtulere.

23. In cod. Tit. *quis veſtrum deus intervertit amorem?* Ulit. ſimiliter coniicente.

24. Al. *tu ſolus*. Heinſ. maluit: ſola — *tu teſtis* etc. Adſentiuntur Burm. et Nodell. Not. Crit. p. 31. et rectius, opinor, dicetur: ſolam Phyllidem amans, quod tu teſtari poteris.

26. Sine cauſa Heinſ. coniecit: *rogaret Me ſibi, cum — rogaret* ita abſolute ponitur. Mox Burm. vult: *En tibi* — Ita et Nodell. l. l. poſito poſt *rogaret* commate.

28. *initus* ex ed. vet. reponendum cenſuit Barth.

30. *Deduxi* ſcripſi ex edd. vett. et nonn. codd., probantibus Burm. ad Ovid. Am. I, 7, 48. et Wernsd., pro *Diduxi*, nam non ſuas, ſed puellae tunicas (interiorem et exteriorem — perperam enim B. exiſtimat ad tunicam Mopſi et Phyllidis referri poſſe) detraxit, et pectora eius nudata (male quidam legi iuſſit *amba* ſc. manu) verberavit. cf. 37. et 70. Tum codd. *rocidi*. nonn. edd. *reſcidi*.

33. Barth. maluit: *at ne* f. v. — *negetur* unus cod. H.

35. Duplex lectio eſt edd. et codd. *iurgetur* et *iungetur*. Cum illa *anhelo* eſt Dativus, opto ut iurgetur cum Mopſo anhelante, (uti et in ſeqq. convicia in Mopſum iacit). Premit eam lect. uſus v. *quod*, pro *ut*, ſerioris aetatis vitio tribuendus. Si *iungetur* legitur, *anhelo* verbum eſt: gemo, ſuſpiro propterea quod iungetur Mopſo. Heinſ. maluit: *ne — iungatur anhelo*. Burm. *quo — iurgetur anhelo*.

37. *Vinctas* plures edd. vett. (coll. 71. f.), *iunctas* Mod.

38. *nocent* codd. et edd. aliquot; ſed vulg. eſt proba.

39. *iratas* maluit Heinſ., quod magis eſt poeticum.

42. *Camoenas* ſcripſi pro vulg. *Camenas*, ut ap. Virg.

44. *Atque inciſa* legi voluit Heinſ. At poeta hoc vult, primum cortici inciſa, dein deciſa et decorticata feram ad Phyllidem.

46. Mſ. Tit. *amara*, quod et ipſum miſeri amatores tribuunt noctibus epitheton. v. Burm.

47. Cod. Heinſ. *excluſo disperdit — disperdit* vel *detergit* maluit Heinſ., Scaliger *diſtergit*. Alia ſcriptura eſt, *dispargit*. Dispergere oculos dicitur, qui huc illuc inquietus reſpicit.

48. Libri ſcripti et editi plures: *deſtructa*, aut, *diſtricta*; pauci *deſtricta*, quod unum verum eſt. Dorv. *macreſcit*.

50. Libri nonn. *turbidus*, huic loco parum aptum.

52. Codd. quidam: *et dulcia vina h.*, e seqq.

53. *iam candida*, nonn. edd. vett., non male.

55. *tu cantante* aliquot edd. et codd., et mox, *quoi dulcia.*

59. *post haec* Kemph. Mox Heins. coni. *torpida*, sed revocavit eam correctionem. Torrida, est anhela, sicca, rauca.

60. Unus Dorv. a. *crebrae stridor* (quod fuerit, *creber* stridor).

63. Nonn. libri: *certaverat.* Vulgata significat: num possit mecum certare numero haedorum comparato cum numero meorum taurorum?

67. Male nonn. *suspendit.* Dorv. cod. *suas natas. ab ubere* coni. *Ulit.*

68. Al. *gracili.* Sed variare potuit Virg. Ecl. X, 71.

69. Est haec lectio omnium vett. edd., a Barthio defensa. Primus dedit Pith., *nullo* tr. c. *lacte*, quod deinde vulgatum, tamen Burmanno non satisfacit, unde varie tentat: *molli — lacte*, aut, *nullo — fisco*, *nulla — cista* etc. Sententia esse potest: neque sine te ullos feci ex lacte caseos. At videtur ea correctio esse lectionis antiquae, in qua ultima syllaba voc. *nulla* ob caesuram et duas seqq. consonantes potuit produci, etsi Burm. contradicat. Cf. Wernsd. T. IV. p. 809. et *Iusti* Obss. crit. p. 19.

71. *Verbere torto* MS. Tit., quod in Virg. Ge. III, 106. aptum, non hic.

72. *Si licet* Dorv. Heins. maluit *quin licet*, Burm. *si libet.*

76. Edd. pr. *his inquam.* Heins. *his iisdem.* Tum *palumbos* nonn. libri.

78. Quae-

78. Quaedam edd. *Miſimus in gremio: per me* — unde alii diſtinxerunt: *Miſimus; in gremio per me* — Neutrum bonum. *Contigerunt* maluit Burm. pro vulg. *Contigerant*, idque recepi. Mutatum eſt, quia licentiam poeticam in his ſyllabis praeter. corripiendis ignorabant. v. ad Virg. Ecl. V, 61. add. Noſt. II, 14. Scribi ſic etiam Frieſemann. Coll. Crit. p. 176. inſſit.

80. *Deguſtarat* Heinſ. et Burm. coniecerunt, quod *vix* poſtulare videtur. At poeta vult: dum etiamnum deguſtabat; ſtatim ubi flores prodierant.

83. Edd. vett nonn. *pinſare legumine panem. pinſare* nihil eſt, ſed utrum, *penſare legumina pane*, (cum nonn. edd. et codd.) an, *penſare legumine panem*, cum aliis legas, nihil intereſſe monet Burm. Nam ſententia eſt: tam pauperem eſſe, ut panis loco legumina (lupinos) edere cogatur.

85. *hordea ſulcis* Scalig. ad Manil. V, 281. Hinc attulit, fortaſſis memoriae errore. Intell. molae manuariae ſ. truſatiles.

87. Nonn. codd. et edd. *miſeri innectemus.*

89. *Hi.* Pauci libri: *Hic.* Heinſ. mox maluit: *figuntur.*

91. Mod. coni. *Mopſum Phyllis amat;* Tit. et Ulit. *Phyllida Mopſus habet.* Scriver. et Burm. et hoc probant, et praeterea legunt: *Lycidan habet u. r.* Heinſius: *Lycidas obit u. r.*

92. *quiquam* (pro *quoquam*) e cod. praefert Barth.

93. Variae lectt. ſunt: *Praefer — Profér — tum* edd. quaedam vett.: *at ore tuo modulabor Phyllida cantu* (e gloſſemate.)

95. Vetus lectio etiam codd. fuit: *vicina ſepe*

ſub ara. Et poteſt recte *ut* omitti. *Sepe* nonnulli a ſubſt. *ſepes* derivarunt, unde Ulit. legit: *vicina ſepe ſub aram*, aut, *vicinae ſepibus arae.* Oudend. ap. Burm. Anthol. Lat. T. I. p. 716. *vicina ſepe ſub horti.* Ara agreſtis intelligenda eſt.

97. Al. *a dextra.* Utrumque uſitatum. Ulit. coni. *en dextrum.*

98. Aliquot libri: *Qui venit.*

ECLOGA IV.

Inſcribitur *Caeſar*, cuius laudes argumentum eius conſtituunt. Scilicet Numerianum plerique intellexerunt; nec *magna numina* ad duo fratres tantum, ſed ad patrem cum filiis ſunt referenda.

3. *Infeſta* offendere poteſt. Explicatur *imminens* undae ſedes, ut milites infeſti ſunt imminentes; et videtur convenire *minaci vultui.* Ulit. coni. *intecta;* Heinſ. *inſueta;* Burm. *in certa*, aut, *in lecta.* In fin. cod. Dorv. *formam*, et poſt *amnis* plene interpungit.

5. Nonn. *nam dudum*, et v. 6. *poſſunt.*

8. Pars codd. et edd. *urbesque.* Ulit. coni. *orbemque r. plebemve tog.* At et *urbs* (Roma) recte memoratur, et eleganter *pacem* (qua qui fruuntur togas geſtant) *regere* dicitur, qui eius eſt arbiter.

10. Nonn. edd. etiam Burm. *Reſpicit.* Multo tamen aptius voc. *diverſus* eſſe verb. *Deſpicit*, etiam Burm. monet. Tum vett. edd. *munera*, nonn. *munia.* Barth. et ſeqq. *numina.*

12. Pleraeque vett. edd. *Quidquid ineſt.* Cod. Dorv. *Quidquid idem.*

14. *politi* coni. Burm. — 15. Barth. coni. *valet a pietate*, et antea: *Tum mea.* —

17. Gudius: *Hac eadem*, ut ante — *meditatus* in plur. edd. vett.

18. Vulgata plerisque nititur edd. et codd. Quia in vet. ed. quadam legitur *aeſtas*, hinc a Burm. editum: *Quem vicena meis natalibus admovet aeſtas.* Barth. legit: *Q. vicena* m. n. *amovet aeſtas.* Heinſ. *Q. bis dena* m. n. *admovet aeſtas*, aut *Q. vix una* m. n. *amovet aeſtas.* Gronov. in omiſſ. ad Diatr. Stat. p. 415. *Q. vicina* m. n. *admonet aeſtas* h. e. admonet, ſtimulat, ad carmen meditandum. At ſimpl. hoc vult poëta: non multum eſt me iunior.

20. Omnes vett. edd. et codd. *nunc cohibes*, quod et Wernsd. in Exc. defendit, ut *cohibere* ſit permittere, quo ſignificatu ſeriores ſcripti poſuerunt. Sed offendit etiam *nunc*, quum praeceſſerit *Iam.* Itaque e coni. Titii et al. edidi cum Burm. *non c.* atque etiam v. 21. poſui interr. notam, ubi vulgo eſt punctum. Heinſ. coni. *tun' coges?*

22. Codd. nonn. *non te ſemel.*

24. Dorv. a. *I potius*, quod recepi. Languet vulgatum *Et potius* —

22. *taceare f.* codd., al. *tueare*, Heinſ. coni. *ſolere.*

29. Modius perperam coni. *Praeterquam his* — nam *praeter* eodem ſignif. adhibetur.

30. Barth. *Non eadem nob. nunc.*

34. Barth. è veſtigiis vet. ed. coni. *Tu noſtri miſeratus ope es.*

35. Vulg. *ſolvere.* Utrumque uſitatum. At *pellere* in plur. codd. et edd., et *ſolvere* potius con-

venit. ieiunio aliquamdiu et consulto atque sponte servato. cf. Burm.

37. Mira codd. lectio: *Satyri recumbamus.*

40. Codd. nonn. *trucibus.* Barth. *trucibus qua.*

41. In codd. et edd. nonn. *germani. Geryonae* ex Heinf. sententia dedit Burm., latere aliquid ulceris suspicatus.

42. *Bactrus* codd. nonn. et edd., al. *Bethys.*

47. Heinf. coniecit: *non hisce daret* — quod offendit eum repetitio pron. *ipse.*

49. Burm., ne monito quidem lectore, et sine codd. edidit *nunc exaudiret.*

50. Librorum consueta varietas est: *advocet, advocat;* Barth. *avocet.*

52. Perperam vett. edd. quaedam: *Vis aliena.*

54. Ex uno Dorv. cod. edidit Burm. *Agricolae,* quod cum *dei* iungeretur, ut opponerentur dii agricolae Apollini et Musis. *Agricolis* est, in eorum utilitatem.

56. 57. Conflarunt nonn. codd. ita: *Concinis et medio plus pulcher obumbrat.*

59. Libri nonn. *et heri quos doctus. here* Ovidianum et probum est.

63 Dorv. *carmen modulabile.* Respicitur ad Virgilium, qui ad exemplum Siculi poetae Theocriti (Hyblaea) bucolica carmina composuit.

66. In plerisque libb. *Personuisse,* et *blande.* Utrumque, Heinf. secutus, et nonn. libb. veteres, emendavit Burm. Praeterea hic et alibi in cod. Voss. et ed. Rom. *quoi,* pro, cui, et v. 109. *quoius.*

70. Nonn. codd. et edd. *sed nunc mihi — annuerit.*

72. Vulg. in plerisque libris; et pauci tantum codd. *Dicimus en quia te.*

75. *Quam* optime respondet praec. *tam.* Edd. et codd. *quae, qua, quo.*

77. *Per me* (ut Wernsd., h. e. hortatu meo) et *Pro me* (ut Burm.) fere parem habent a codd. et edd. auctoritatem. Mavult Burm. *pro re*, i. e. pro argumenti gravitate.

78. Edd. nonn. *nec dubita.*

79. *Succinat* e codd. Voss. Goth. et edd. nonn. dedi. Vulg. *succinet.* In nonn. libb. *succinit.*

80. *Ducite* e coni. Barth. et Friesemann. Coll. Crit. p. 177. scripsi pro vulg. *Dicite*, quia sequenti *reducite* respondet. Alioquin *redicite* scribi voluit Friesem.

81. In omn. edd. ante Burm. *Amyntas.*

83. Barth. ex ed. vet. *Atlantiacum.* Respicitur ad Aratum.

84. Codd. et edd. pr. *At qui nunc*, aut, *At nunc qui* — 85. *vivendi robore* nonn. libri.

87. Pleraeque edd. vett. et codd. *Te quoque* — sensu tamen adversante.

90. Non intellectum *visuraque* peperit lectiones: *visurus saepe, visuris, visurae* in libb. scrr. et editis. Heins. et Burm. malunt: *visurae* — *Lauri fructificant.*

91. *vicinaque* magis offendit. Barth. coni. *divinaque*, aut, *et civica* (sc. quercus), aut, *unitaque.* Swart. *vitisequa.* Vulgatum Burm. et alii de myrto accipiunt, quae lauro vicina erat (add. Virg. Ecl. II, 34.) quia hac triumphantes, myrto ovantes coronabantur. (Ulit. *Erycinaque* h. e. myrtus); Wernsd. (cum aliis) de quercu s. corona

quierna domus Palatinae probabilius intelligit (Exc. IX. p. 332.), quia ſic laurus — quercus — reſpondent Phoebo, Iovi, in praecedd. — Antea codd. nonn. *fructiferat*.

93. Heinſ. *Iuppiter ille*, pro vulg. *ipſe*, recte, ne ter idem pronomen recurrat. Itaque recepi.

94. *abis* pleraeque vett. edd. — Ulit. dedit *abes* (libri nonn. *habes*). Hoc, an *ades*, ponatur, eodem redire monet Burm. — Heinſ. coni. proximus ipſi Caeſar agis. Dorv. coni. *proximus eſſe Caeſar aves*.

95. Edd. vett. *reclinis* aut *reclivus*; codd. *recluſus* (unde Burm. coniicit *refuſus*.) E Barth. coni. dederunt Burm. et ſeqq. *reclinis*.

96. *currentia* libb. nonn.

99. *Scit deus* pauci codd.

101. *Pharſaliae* vulg. metro adverſatur. Jam etſi videri poſſit poëta ipſe ea in re erraſſe, ut ſaepe ſeriores poetae, tamen, quia codd. Voſſ. Goth. et ed. Rom. *Pharſalis* h. e. Pharſales, legunt, illud recepi. Heinſ. coni. *Parrhaſiae*; poſſit et *Mavnaliae*, inquit Burm. Wernsd. uſum voc. Pharſalis f. Pharſales repetit a Bucolo, Pharſaliae urbe, auct. Heſych. (Exc. X.). Tum nonn. edd. pr. *fonuerunt*, probante Heinſ. At exquiſitius ita *ſolvere*, v. c. ora, linguam etc. dicitur. Senſus: vixdum ex ſubito ſilvae ſilentio deum adeſſe collegi, illico Pharſaliae cannae, quibus ſiſtulae (bucolicae) componuntur, ſonum ediderunt.

104. Edd. pr. plures et codd. *exudent* (h. e. exſudent), nonn. etiam *ubera*. exſudare (emittere ſudorem, aut alium liquorem) huic l. non conve-

nit. Itaque *exundent* (lana nova copioſe ſuccreſcit nuper tonſis matribus) tuetur Burm.

135. *ſemel haud* coni. Tit. Mollius fuerit *non* (*memini*) *ſemel*, ſed nihil eſſe mutandum oſtendit Burm.

106. *Palen* cum Goth. et ed. Rom. pro *Palem* ſcripſi.

110. *cui*. Libri ſcrr. et edd. etiam: *quoi*; *qui*; *quo*.

111. Aut *odora*, aut *honora*, legi iuſſit Heinſ. et mox *tepefacta*. Sententia eſt: in cuius, tanquam dei, vocati honorem ſilva denſas accipit frondes, quae odorem ſpargunt, et arbor antea frigore gelata incipit germinare. Facilius tamen eſſet *odora*.

113. *fuceis* edd. vett., duriter, ſed frequenti varietate. v. Burm.

117. *dentatos* ed. Aſc. *clam natos* cod. Dorv. Referunt eo, quod ex lege Cari Imp. et filiorum theſaurus ceſſerit inventori. At potuit imago etiam ex antiquis temporibus repetita eſſe. v. Wernsd. Exc. XI.

121. *prenſo* Heinſ. in ora cod.

124. *pſallat* edd. et codd. nonn., probante Gronov. Omiſſ. diatr. Stat. p. 416. — Ulit. coni. *pſallat* c. *ad uv.* Heinſ. *ruptas calcet vindemitor uvas.*

125. *ſaginata* edd. pr. et codd., in qua lectione, cum antiquis ſecunda verbi ſyllaba longa ſit, aut noſter dicendus eſt corripuiſſe eam, licentia ea qua ſeriores poetae interdum uſi, aut pronunciandum *ſag'nata*. v. Wernsd. Exc. XII. Inde exiſtere potuit *ſignata*, quod in recentt. edd. etiam

Burm. Hinc nonn. maluerunt *faturata*, aut *fatiata*, cuius gloſſema eſſe *faginata*, Burm. exiſtimavit. Heinſ. etiam *Sicana*, *pagana*, *fic grata*, propoſuit. Dorv. a, *Utque bono pl. paganida* (*paganica* eſſe debuerat) *turba m.* Non ad ludos gladiatorios, ſed ad compitalitios, et ruſticos quidem, qui urbanis antiquiores erant, pertinere docet Wernſd.

128. *lenta* codd. plur. et edd. nonn., quod Barth. tuetur, ut lenta ruſticorum ſaltatio ad fiſtulae ſonum intelligatur. At lentae ſaltationis incommoda eſt imago.

129. Edd. nonn. pr. *Gramina*, quod, utrum praeferant, dubitant Burm. et Wernſd. Primum *Carmina* nititur plurium librr. auctoritate. Deinde *cantare choreas*, quod huic reſpondet, poſtulat, ut legatur *carmina ferire* etc. h. e. cum cantu tripudiare, non, *gramina ferire*, quod fuerit ſimpl. ſaltare. — Mox Barth. coni. *nullas non* (e. omnis generis), Burm. *non molles* h. e. duras, quales ſunt ruſticorum. Certe languet vehementer *non nullas*. Ad ſententiam cf. Virg. Aen. VI, 643.

131. *Exurgant*, *exundant*, ſunt errores in quibusdam edd. et codd. Dorv. a. *iam ſurgat*.

132. *Lycaeus* (pro vulg. *Lyceus*) dedi, ut Virg. Aen. VIII, 344. ubi v. Heyn. *Lycaeas* coni. Heinſ. Plures edd. et codd. *Lyaeo*.

134. *placito* mavult Heinſ.

136. Heinſ. coni. *ficca cito*, Tit. *foccato*.

137. Heinſ. corr. *huc* iuv. — Tum ſcripſi cum ed. Aſc. *non fallor*, quod non poeticum modo

magis, sed et aptius rei est, quam vulg. *nisi*, aut *ni faller*.

138. Gudius coni. *ad longa* red. —

139. Iam Heinf. emend. *revoluite*, et nuper etiam Friesemann. Coll. Crit. p. 178. Est hoc sane Parcis convenientius, v. Burm. ad Ovid. Met. II, 654. sed et *resolvere* defendi potest, inprimis cum prorsus nova fila ex solido auro ducenda dicantur.

142. Horat. I. Od. 2. expressit.

144. *vivas atque hunc*. Variant libri. Nonn. *etenim hunc deprecor*; alii: *aeternum hunc, te precor*. Correxit Tit. e vet. lib. *vivas* vel *venias* scribens.

145. Nonn. libri: *aeternos*. Quamquam Roma aeterna dicitur, tamen rectius hic princeps aeternus (h. e. aeternum) regere iubetur.

146. Vulg. *coeptamque*, quod explicant, coeptum imperium terrae. Sed vix hoc latinum est. Heinf. in ora cod. *spretumque*, aut *cassamque patri*: Gudius: *coepta que pati*; Ulit. *coeptam curam*. At Guidalott. *captamque* in cod. invenit, idque (a statione repetitum) probavit Burm. Sed Hoeusft Peric. poet. et crit. III. p. 530. *certamque* legendum esse ex Stat. Silv. I, 1, 105. quem noster h. l. imitatur, docuit. Itaque recepi. — *defere pacem* Dorv. a.

149. *quae paribus* libri nonn. et ita coni. Ulit. At quinis, igiturque imparibus, versibus sibi respondebant.

150. *fanant* pro vulg. *canunt*, quod languet, ex edd. nonn. et Mod. reposui. Burm. coni. *cadunt*.

151. *Solent* ſc. lambere. Mod. *legunt*, Heinſ. *fovent*.

152. Vulg. O. m. *quam* t. d. c. *verſu!* *Tum* — Quod repoſui, eſt in cod. Dorv. et ed. Opor. ſenſumque meliorem fundit. Tum opto ut carmina, quae tenero verſu decurrunt, ſonent etc. Ita non eſt Coniunct. hic pro Fut. (ſonabunt) accipiendus, quod poſt alios Wernsd. Exc. XIII. contendit. Poſſit et legi: O mihi quam tenero *quae currunt* c. verſu, Tum (codd. nonn. Tunc) M. *ſonent* (i. e. ſonabunt), idque Frieſemanno Coll. Crit. p. 177. placuit.

156. *dicit* libri nonn. quod praecedenti convenit. *Ovilia* eſt ex emend. Heinſ. Edd. vett. aut *vilia cura*, aut *vilia rura*.

157. *Tamen* pro vulg. *modo* reſcripſi e plur. codd. et edd. Poeticum magis eſt. Praeterea etiam legitur: *Et tu* — In ſeqq. imitatur Hor. Sat. II, 6, 52.

160. Edd. quaedam *Tum* mihi.

161. *Tyconiam ſilvis* perperam in libb. nonn. ſcrr. et edd. Burm. coni. *Tironem* (h. e. cum tiro, iuvenis, eſſet Virgilius). — Quidam *a ſilvis*. Deſcribitur Maecenas.

162. *deis* cum Heinſ., probante Wernsd. ſcripſi pro vulg. *deos*. Maecenas ad Auguſtum adduxit Virgilium.

163. Heinſ. coni. *cantabis et*, aut, *cantabitis*.

165. Gudius: *pulchrior emeritae*. — *deus iſte* Heinſ.

168. *aeſtus* coni. Ulit. — Heinſ. *iam premit aeſtas*; at *fremere* naturae ipſi meridiani aeſtus magis eſt accommodatum.

Ecloga V.

Inſcribitur vulgo *Mycon*. Nomen a Virgilio acceptum (Ecl. III, 1.), Wernsd. conſet apte adhibitum, quod ſenes recalui, qualis h. l. introducatur, Myconii appellati ſunt. Magis argutantur, qui Imp. Carum intelligunt. Incompoſitam dictionem locorum nonnullorum Wernsd. ingenio ſenis oblivioſi convenire exiſtimat.

5. Edd. vett. nonn. *Tum*. *Canthus* recte ſcribitur. Fuit et Argonauta huius nominis.

6. *Cana* non ob pruinas dicuntur, ſed ſunt pallentia, v. Wernsd. T. IV. p. 810.

7. *quas - reductas* et v. 9. *has*, 24. *elapſae* ex ed. vet. legi voluit Barth. Et poetis quidem *greges* hoc genere dicuntur. Sed deeſt aliarum edd. et codd. auctoritas.

8. *pabula* coni. Burm., quia voc. *gramina* modo praeceſſit, quam non exiſtimo mutationis inſtam cauſam eſſe.

10. *certo* coni. Heinſ. — Burm. mavult *per te*, h. e. ſine adiutore et magiſtro. At non placet, quia ſequitur *pro me*.

11. *iampridem* edd. nonn. vett. Cod. Dorv. *nobis aetas iam mille* — *Adſpice ut* — ex vet. ed. defendit Barth. Nam ſaepe poetis negligitur eliſio. Si quid mutandum, Burm. mavult: *Adſpice iam nobis ut dudum*.

14. Burm. coni. *amantes ſaxa*, quod *luſtra* ferarum latebrae, non capsarum, dicantur.

17. *Incipiunt*, et *habitabit* edd. atque codd. nonn. Eſt *lutare* h. l. e luto compingere. v. Barth. et Burm.

18. Codd. nonn. *movebit.*

19. Vulg. *toto* vern. gr. *ſilva.* Plures edd. et codd. *tota* — quod Barth. defendit, ut ſyllaba ultima voc. *tota* per caeſuram producatur. Sed *ſilva* etiam locum non habet, cum mox *ſilvae* adſint. Dedi igitur ex coniectura Hocuffrii Peric. poet. et orit. III. p. 331. *totus* — *ſaltus*, quod a vulgatis proxime abeſt, ſi *ſilva* gloſſema eſſe putatur voc. *ſaltus.* Burm. coni. *nobis* vern. *germine* ſilva — Plura propoſuit Heinſ. *Tunc etiam lato*, aut *exorto*, aut, *tunc etiam toto vernatrix* gr. ſ., aut, *vernante toro*, *tunc gramine.* Dorv. a. *Tunc etenim melior* v. g. ſ.

20. *induit umbras* coni. Werusd. — *Pullare*, h. e. pullulare, illuſtrat Rutgerſ. Ven. Lect. c. 11. p. 293.

21. *Tum* hic et mox edd. nonn.

24. *mitte reclusos* coni. Heinſ. At *clauſi* ſunt, qui huc usque clauſi in ſtabulis fuerunt. Wakefieldus Silv. Cr. III. p. 40. legi iubet *mittere* (pro Imp.), metro ſcil. metuens.

25. Edd. nonn. *tu cespite.*

26. Codd. plerique: *foci.* Genius loci eſt deus ἐπιχώριος. v. Burm.

28. Vulg. *atque etiam* — plures libri *ac etiam.* Itaque repoſui *hac etiam*, ut Burm. coniecit, qui tamen et proponit hanc lect.: *ante tamen*, d. v. Nodell. Not. crit. p. 88. mavult: *atque etiam*, d. v., ovilia *luſtret*, ut ſaepe victima *luſtrare* agros etc. dicitur.

30. Edd. pr. plures et nonn. codd. *accedere*, unde in Goth. exſtitit *accendere*.

31. *ut primae* nonn. edd. — *perfecerit horas* coni. Heinſ.

32. *Ac ſi* edd. et codd. nonn.

33. Duo codd. et ed. Rom. *capellis*.

34. Bene vulg. ita interpretatus eſt Heynius ad Virg. Ge. III, 400. mane mulge oves; habebis lac in uſum meſſorum interdiu. Incertae ſaltem omnes ſunt coniecturae. Ulit. *inde premes, quod mane fluat* (imo premendum eſt lac, quod veſpertina mulſura dedit, indeque caſeus faciendus). Barth. *Implebis, quo maſſa fluat*, quod (in una alterave ed. ant. inventum) ita explicat Wernsd. (Exc. XIV.): Implebis eo lacte, quod mane mulſum eſt, fiscellas ſ. calathos, *quo maſſa*, ſ. concreta pars lactis, ſero per impoſita pondera expreſſa, *fluat, et rurſus mane premetur*, vel preſſum fluet, quod hora vespertina redactum fuerit. At ita de ſolo caſeo dicetur, non de alio lactis uſu. Wernsd. coniicit: *Impl. quae preſſa fluant*, aut ex Virg. (uti iam Martell.), *Impl. quod nocte fluat*, h. e. premitur: Heinſ. *ampla tibi quo maſſa fluat*. Burm. *in fiscis quo maſſa fluat*.

35. *coëgerit* Barth. ed. Et *redegerit* eo ſignificatu eſſe poſitum oſtendit Gronov. Obſs. IV, 3.

36. Edd. nonn. *neu* — al. *ne*.

37. *teneros* cod. Dorv. At quia omnino albi agni maximi aeſtimabantur, propterea *niveos* memorat.

39. Una ed. *ne* pud. Pro *viſes* Dorv. *tendis*.

41. Fluctuant libri et *natoque parenti, natosque parenti, natosque patenti*, habent.

42. *peritos* coniici poſſe monet Burm.

43. *Et minus* cod. Pal. Perperam Dorv. *Nec minus.* — *admotae* edd. nonn. pr.

48. *Impulit* poſt Heinſ. legi iuſſit Friceſem. Coll. Crit. p. 180. Tum Heinſ. etiam legi maluit: *et merſas.* — *tondentibus* in nonn. edd. et cod. Goth. ferri nequit. torrentibus ex ſubita tempeſtate ortis facile abripiuntur agnae, quae nondum ſtare (nedum tonderi) poſſunt.

49. *ſitientibus* ex edd. vett. aliquot et codd. Voſſ. Goth. recepi. Vulg. *ſitientes.* At aeſtus non *ſitire* dicuntur, niſi hoc novo modo dictum fuerit pro ſitim creare. aeſtas adfert aeſtum ita ut ſitiant. Rectius IX, 14. *ardentes aeſtus.*

53. *Sufficit* coni. Heinſ. — Petita haec e Virg. Geo. III, 322. ſs.

54. *tanguntur* (quod Heinſio placuit) edd. et codd. nonn., alii *tinguntur.*

56. Edd. nonn. *Ut ſimul* — Ulit. coni. *inrupere cic.* At vid. Heinſ. ad Ovid. Faſt. VI. extr. Ubi dies incaluit, cicadae ſtrepere incipiunt.

58. *Et campos* cum edd. et codd. nonn. ſcripſi, pro vulg. *Vel c.* Nam intelliguntur herbae in campis.

59. *proiicit* coni. Heinſ. ſed *porrigit* eſt, extendit. v. Burm.

60. *declini* Heinſ. coni. — *declive* et *nova* Dorv. c.

61. *ſerique* — *premendi* Dorv. a. longe alio ſenſu. Merenda de cibo pecorum, etiam apud alios. v. Burm.

64. Barth. (ex ed. vet.) legit: *Laevibus ac nidis* ſomn. captare volucres (ſ. volucris): ſcil.

includatur, non prius, quam volucres includuntur nidis, ut somnum capiant. Sed ille Infin. usus hic incommodus erit.

65. Vulgata lectio fuit: *Cogitet et tremuli tremebunda coagula lactis*, quam nullo modo sanam esse facile patet. *ac* recepi e cod. Voss., quia suaviorem efficit numerum versus, reliqua dedi ex probabili coniectura Wernsd. Exc. XV. p. 345. s. Nam ipsa mulctra dabant coagula, atque ex illis lac concretum transferebatur in calathos. v. Colum. VII, 8, 3. Tempus autem vespertinum ita describi etiam ex Ecl. X. extr. intelligitur. Poterat et scribi: *Cogitet, ac densos* (aut *atque premas*) tremebunda c. l. — Burm. coni.: *Cogitet: hinc tremuli preme munda coagula* l. (At non nunc de lacte premendo praecipi, sed tempus, quo prematur lac, indicari potuit). Heins. aut: Cog. *i tremuli preme munda* c. l., aut: *Cog. et tremuli* premere *uda* — c. l. Barth., distinctione post *volucris* posita, non ostendit, ad quem verb. *Cogitet* spectare possit. Codd. nihil praebent adiumenti. In Dorv. a. *tremulo tremebundo fruniat ore.*

66. *Sucida* Burm. ed. Recte. Tum vulgo post *iunco* non interpungitur, ut iungantur verba: quum iam tempus erit constringere etc. atque deinde post voc. *barbas* (v. 68.) comma est. Verum ita offendit bis positum *iam*. Potius novum haec continent, ut et Wernsd. vidit, praeceptum: porro (*iam*, aut ut W., eodem tempore vespertino,) vellera constringere oportet iunco (Inf. pro Imp. V. Wakefield. Silv. Crit. III. p. 37. ss. unde in Asc. ed. e correct. datum *constringito*, quod, aut *constringes*, placet Wernsdorfio), quum tempus

crit oves et hircos tondendi (medio vere). In ed. Dav. *cum stringes*, et mox *Tum iam* — Burm. coni. *Sucida quum* — iunco *Et iam* temp. etc.

70. Vulg. *comas* Ex veriſſima Burm. coni. recepi *comis*. Pecudes, quarum vellera eiusdem ſunt coloris et bonitatis, eodem loco includendae ſunt, non comae. Barth. coni. *coma*.

73. *Denudarit* mavult Burm. recte, ſi profaicus eſſet ſcriptor.

75. Heinſ. coni. *vellere*. Non opus. Antea al. *puſula*.

74. Edd. et codd. nonn. *in miſerum*. Burm. cenſet *ah miſerum!* poſſe praeeunte ed. Tig. per parentheſin interponi. Mox *porrigine* ſ. *prurigine* coni. Heinſ. Rubigo h. l. eſt putredo, et *fragilis* dicitur, opinor, quia frangit corpus, ut mox *contrahere* h. e. comminuere oſſa dicitur.

78. *Haec* edd. et codd. nonn. Tum *liventia*. At Virg. Geo. III, 449., quem ante oculos habuit, etiam *viva ſulphura* dicuntur. *Providus* non cum v. *moneo*, ſed cum Imp. *porta* iungendum.

79. *ſcillae*. Burm. *Scyllae*. Illa, quam recepi ſcript. eſt quoque Virg. Ge. III, 451. *capita* voluit Heinſ. Tum aliquot codd. *et huctata* (num *ructata?* Burm.) *bit*. Dorv. a. et *viroſa*, b. *et vittata*. Wolf. coni. *et nitrata*.

81, *Pura* tibi (ſc. pix Brutia) mavult Burm. *et* nonn. libb. deeſt. Edd. pr. quaedam: *liquido picis ungere*. At praeceſſit pix. Burm. mavult: *liquidoque hinc unguine* — vel, *hinc liquido ſimul*.

82. Nonn. codd. *vini* — *pondere* molle *Argentum*. — Dorv. a. *durae* q. *pondera maſſae*.

Ulit.

Ulit. coni. — *pondera in olla* A. c. l. b. *ahena*; f. *in illo*, vel *in uno* ſc. *aheno*. Heinſ. *pondera amellis Argenti incoquito*. Amellum dicitur meliſſophyllum eſſe.

85. Inter *Auferet* et *Afferet* fluctuant edd. vett. Tum nonn. *ingenti*. Mox olim: *in arvo*; aliquot codd.: *Ovili. in armo* reposuerunt Modius et alii. Ita Dorv. a. b. c. Nonnemo coni. *in aure*. Heinſ. *certus poſſ, in arvo*.

86. Nonn. *Nunc etiam*, et, *cum* f. *quum* ſicc. —

87. *turbida* Tit. e Mſ.

88. Al. *nimium*. Voluit *glebas* ponere, ſed metro coactus *herbas* ſcripſit; ita epith. fragiles ineptum eſt. *Wernsd.* In ſeqq. expreſſit Virg. Ge. III, 414. ſs.

89. Ap. Virg. ex ed. Heyn. *ſaepta*, ut *ſaepes* v. 96. (in Dorv. cod.) ſcribitur. Dorv. c. *tectis*.

91. Libri aliquot: *Obfuerit malus iſte o*. Burm. coni. *Obvius* — ſed monet tamen etiam praeter. ita ferri poſſe, inprimis ſi ſenex de ſua experientia loqui putetur.

95. Libri nonn. *Nunc* age —

96. Heinſ. coni. *feras*, ſed quia de agendo, non de ferendo praecipitur, mavult Burm. *Quae* — *geras*. Tum *ratione* erit prudenter.

98. *nimias* coni. Heinſ. At *vivas* retinendum, quia frondes in hibernum uſum gregis, ſucco plenae, poſtulantur.

100. *Tunc* e cod. Goth. ſcripſi pro *Tum*, quia praecedit.

102. Plerique libri antiqui: *Aſt ubi* — aut *Aſt*

tibi — aut *At tibi* — *Has* ex emend. vera datum habet Dorv. a.

104. Modius corrigit, prob. Burm. *Dic tibi*, nit. — Barth. *Hic* t. —

106. *Ne* pig. libri nonn.

107. *fucos* Dorv. et v. 114. atque semper. Heinſ. *fulcos*. Perperam poſt *novos* in B. et W. punctum eſt. *Turbida* mavult, etſi *torrida* eſſe poteſt, quae torret (de frigore), Burm.

109. *Velis* lectio eſt omn. libr. Senſus: adde ſiccis ramis continuo novos, ne opinione citius hiems ingruat, et tu, in nimio gelu atque denſis nivibus, velis arborum ramos flectere et frondes inde ſtringere, neque tamen poſſis. *Velit* poſt Ulit. dedit Burm. Martell. legit (v. 107. ſs.) *licet horrida* — Incurv. *velit*. Ulit. coni. *ne*, *ut* (h. e. quando) t. n. *Inſtat* h. — Inc. *velit* — Burm.: *ne*, *turbida* u. *Cum ſtet* hiems — Inc. *velis* — Praeterea edd. et codd. *velis vimen*. Tum ſcrib. eſſet: *et ſtringere*; atque ita (*vimen et ſtr.*) ex Virg. Aen. III, 31. legi malnit Heinſ.

110. Scripſi *laeves* pro vulg. leves, quamquam et Virg. Ecl. VI, 51. recentiſſ. ed. habet *levi* — fronte, prima ſyll. longa. *tamen* non ſollicitandum: ſi propter hiemem aliarum arborum frondes non licet ſtringere, poteris tamen in valle frigoribus non ita obnoxia ſuccidere falce hederas etc.

117. *penetrabile* ex Virg. Ge. I, 93. ubi frigus ita dicitur.

118. *penetralia* libri nonn. ex anteced. verſu, unde et Goth. *penetrabile*.

119. *meminiſſe velim* Dorv. a.

Ecloga VI.

Inſcribitur *Litigium*, quia rixarum et conviciorum plena eſt. — Vulg. *Mnaſylus*. Duplicavi litteram, praecuntibus codd. nonn. v. 27. et ſic in ſeqq. etiam. Cf. Virg. Ecl. III, 13.

1. Libri nonn. *Rectus*, aut *Laetus*, *ades* — Burm. coni. *Lentus* a. cf. VII, 1.

4. Mſ. Tit. *Lacoum iur. g.* Heinſ. coni. *Laconem* iur. g., aut *Lacaenae* — Spartani canes generoſiſſimi habebantur. Nihil tamen mutandum. Quidam diſtinguunt: *dedit ille leaenae*, iur. g.

6. *et cantu* libri nonn.

7. ſ. Vulgo diſtinguitur et legitur: *ut vinc. ac. cornix*, Voc. ſup. *ſi* dir. aed. bubo. Wernsd. ſcribi tum vult: *ſi* vincat — ut mox *ſi* dirus — Ita et Hoeufft. Peric. poet. et crit. III. p. 352. ſ. et Frieſem. Coll. Crit. p. 179. poſito poſt *cred. eſt* commate. Heinſ. autem: *ſic* vinc. — *ſic* dirus — *ita* vinc. legi maluit Cannegiet. ad Avian. fab. III, 12. Simplicior videtur et tamen gravior ratio, quam ſecutus ſum. — *turpis* — bubo (quia in codd. plerisque eſt *turpior*) praetulit Burm. Vellem me recepiſſe in ordinem, etſi *dirus* quoque recte dicitur.

9. Vulg. *Te* potiar. Correxit Mod., et *Ne* eſt in Aſc.: probante Wernsd. Add. T. IV. p. 810. Edd. nonn. pr. Te *patiar* (h. e. duram erga me feram). Tum libri quidam: *Crocale. torqueor* in nonn. edd. ex interpretamento.

12. *decipiar* coni. Burm. et ironice accipit: fac me nunc decipi, te iudice; aut legit: *Iam non decipiar*. In fine quia pauci libri ſcribunt: *panetas a*. Wernsd. coni. *panicus a.*, Heinſ. *ſquallidus*.

15. Al. *hiſtrice*. Eſt ὕσπις Ael. N. A. I, 31. — *hirſutam — barbam* e Graecismo legi maluit Heinſ.

14. *laevique* etiam hic pro vulg. *levique*, ſed cum codd. nonn. vett., ſcripſi. Al. lenique.

15. Libri nonn.; *Et viridans* oc.

16. Vulg.. *Qui dici poſſet*. Meliorem ordinem codd. et ed. Rom. dederunt. Irridet his dictis Aſtilum.

19. Edd. nonn. *pares*. Mox Voſſ. cod. *calamis*.

28. Edd. nonn. *manum*, ut Virg. Aen. IX, 44. — Quidam: *vel veniat*, aut, *veniat vel*, unde Heinſ. coni. *veniat vel hic*, aut *veniatque vel* — At *vel* ſequitur. Ed. Aſc. *haud nunc erit arb. Alc.*

22. *Vinces* Dorv. a. ex interpretamento. Cf. Virg. Ecl. III, 25.

23. Pleraeque edd. *arida. fauces* coni. Burm. quia *rumpere voces* magis dicitur, qui poſt ſilentium clara loquitur voce. *ſtillantes* Heinſ. mutari voluit in *titubantes* aut *ſtrigantes*. Neutro opus.

25. *Verba* edd. vett. ex praeced. verſu. *Vera* iam praetulit Tit., atque ita nonn. codd.

26. *Lycotas* eſt Prop. IV, 3. et infra Ecl. VII. Variant in nomine codd. et edd.

28. Edd. nonn. *recuſes*. Virg. Ecl. III, 29.

29. *inflatis non credulus* Heinſ. ut cod. Dorv.

2. aut, *inflatis non cedimus*, i. v. Burm. coni. *infta nunc: non credimus* i. v. Vulg. bene explicat Wernsd.: urge ut reipsa tibi probem, quoniam verbis non credis. Gudius voc. *credulus* ad Mnasyllum perperam retulit.

30. *praeda victus* Ed. vet. ap. Tit. — Barth. coni. *praedem* nact., Gudius *praeda tactus*; Heins. varia proposuit: *vel praemia pactus; nec praedam nactus; nec praeda mactus. abires* ed. Dav. probante Wernsd.

31. *partem* perperam sollicitavit Heins. et *palmam* s. *spartam* reponi iussit.

33. *melius* nonn. libri, perperam. In pignoribus certaminum, cervo mansueto et equo nobili, describendis duces noster habuit Virgilium, (Aen. VII, 483. ff. 808. ff. Geo. III, 75. ff. Ovidium, (Met. X. 110. ff.) alios, quos, simplicitate bucol. carminis neglecta, nimio ornatu et inepta copia studuit superare. Wernsd. Exc. XVI.

34. Nodell. Not. crit. p. 88, scribi iubet: *Hunc*, quamvis P. — recte.

35. Libri *et ferre*. Repetitio verbi elegantior est.

37. Plures scripti et editi libri: *fruticet*, quod sequentibus adversatur. — *sub hirtis* coni. Heins.

38. *pendent* Dorv. a. quod, placet, quia *lucet* sequitur. Cf. Ovid. Met. X, 113.

42. *subtiles* explicant tenues et exiles. Sed cur ita rosae, quibus iam suum est epitheton, dicantur, non patet. Latere florum nomen censuit Burm. *sutiles* in vet. lib. invenit Titius, unde Heins. legi voluit: Cornua sutilibus molles ramosa corollis — quae est audacior mutatio. Num *cornua sed vir-*

tae — aut *cornua cum vittis* — ? Antea dicebantur *redimicula* ſub cornibus lucere; nunc cum iis roſae implicare dicentur.

44. Vett. edd. *notant*. Eſt tamen in Dorv. a. *natant*, quod (aut *nitent*) Ulit. et Heinſ. coniecerant.

46. Non omnino displicet lectio Dorv. a. *vides, Mnaſille, pac.*

49. Heinſ. *et ſcitis*, elegantius.

50. Reliqui vulgatum, quia pronunciari potuit *iugale* (ut quadriſyllabum). Ita metrum non corrumpitur. Hinc Barth. ſcribi maluit, *non iiugale* Idem coni. *non iunctum ante*, Gebhard. *non ſubigale*, Ulit. *Coniugiale*, Burm. *non venale*, Scalig. *non vulgare*, ut cod. Dorv. a. Alii peccaſſe Calp. in metro cenſuerunt. Intell. iugo non ſubditum ad arationem.

51. Aliquot libri: *veloci*.

53. Spurium cenſui, quia ſtructuram turbat, tautologiam efficit, ingrata eſt repetitio voc. *cervix*, abeſt a codd. Voſſ. Dorv. Goth. et duabus edd., in una ſequenti poſtpoſitus. In Palat. deerat ſequens, qui tamen melior eſt.

54. Ulit. coni. *micat aure, caput* ſ. p. *curvum*, aut *cernuum*. Heinſ. *ſine pond. pernix*, aut *venter*. Sine pondere cervix, eſt, quam excelſam, erectam, geſtat.

56. *qua* edd. nonn. antt.

57. *non ſed* ed. vet. unde Barth. *non et*. Deſunt hic et ſeq. verſ. in Goth. Voſſ.

60. *ſani* (i. e. non furentes) coni. Burm. — Tum Heinſ. *iſta*.

16. Scribi debuerat: *Protenus*.

62. Praefixi h. l. nomen Aſtili, v. 66. Lycidae, v. 70. Aſt, et v. 73. Mnaſylli, ſecutus cod. Voſſ. et edd. nonn. vett. Vulgo v. 62. — 65. Mnaſyllo ut praecedd. (at in eum, cum non caneret, ſed audiret, non cadunt verba *lymphae mihi* reſpondent) 66 — 69. Aſtilo, 70. — 75. Mnaſ. tribuuntur.

63. *ſcopulisque*, Heinſ., maluit *ſcrupisque*, et mox *exeſae* v. teſt. *conchae*. Scopuli ſinuantes arcum ſunt, qui, dum introrſum contrahuntur (ſinuantur), efficiunt arcum.

70. *tutabimur* (efficiemus ne pereat), non intellectum, effecit varias lectt.: *rutabimus* nonn. codd. et edd., *mutavimus* Dorv. a. (*mutabimus* coni. Burm.), *turbabimur* Dorv. b. — Heinſ. *hic tacito* ſ. *vitabimus antro*.

72. *lapillis* quatuor codd. et edd. aliquot vett. (unde Ulit. coni. *mediis* v. h. *lapillis*), ſed verbo *virere* magis conveniunt *tapetia*, unde *tapetis* (non enim Genit. eſt) praeferendum.

76. Codd. et edd. nonn. *nos ipſi*. At caret hic pron. *ipſi* ſua vi.

78. Libri nonn. *Thalia*, aut *Thalea*. Tit. *Theloni* (Ovid. Faſt. VI, 565. tamen Tolenum, non Thelonium) Heinſ. *Galeſa* (a fl. Galeſo). Acanthidis nomen ex Prop. IV, 5, 61. ut Petales ex IV, 7, 43. ſumtum. Subeſſe his obſcuram exprobrationem aut iocum, docet reſponſio Aſtili; ſed nequitiae ſenſum invenire prohibet, quod Aſtilus iudex dicitur adfuiſſe. Iurgium cum Acanthide veneſica, quae devotionibus magicis Petales animum ab Aſtilo avertiſſe viſa ſit, intelligit Wernsd. Exc. XVII. et *Thaleam ſilvam* dici cenſet eam,

in qua arbores erant, cuius rami (thalli) sacris magis adhibebantur (Virg. Cir. 376). *Virente* non potuisse poetam dicere, propter metrum, igitur *Thalea* s. potius *Thallea* dedisse. Hoc si minus placuerit, silvam quamdam Siculam a nympha Thalia appellatam (Macrob. Sat. V, 19. Virg. Aen. IX, 584.) iubet intelligi.

79. Hic *Lyc.* et v. 81. *Ast.* nomen praefigunt Voss. et ed. Rom.

80. Burm. coni. *Rumpor enim et merito.*

81. *Audiat et dicat* Tit. e Mf. — Barth. *Audiat ut dicit* probante Wernsd., ut alludatur ad Ter. Andr. V, 4, 17. Et Dorv. c. habet: *Aud. ut* dicat. Vulg. tamen ita explicari potest: aut ille audiat me crimina eius referentem, aut etiam primus ipse dicat, quia vult. Heinf. coni. *Audeat; audiri* q. c.

82. Edd. nonn. vett. *exspectare.*

83. *testante* Barth. affert, et coni. *testem ante;* Ulit. coni. *testata.* Heinf. *Dum te teste* p. Burm. *Dum te astante.* — Tum perperam edd. vett. *sua carmina.*

84 Ironice haec dicta sunt in Astilum, cui virilis vis defuerit. Imitatur Virg. Ecl. III, 10.

87. Vulg. *nondum.* Ferri hoc non poterat; itaque scripsi *non nunc.* Codd. duo et ed. Rom. *index* Mn. ad. (tum *abesset* scribi voluit Ulit.) Burm. coni. *modo non* — ad. aut, *modo nunc — abesset.*

88. Edd. et codd. nonn. *nec te,* recte repudiatum a Burm. Imitatur Virg. Ecl. III, 51.

89. *Quid facitis?* in nonn. edd. et codd., minus lene. — *quo vos* Tit. et Ulit. legi maluerunt,

coll. Virg. Aen. V, 670. Poſt *furitis* in noſtra ed. interrog. nota ponenda eſt.

90. Vulg. *Si vicibus* — ut ſit apoſtopeſis. Facilius viſum eſt *ſic* ſcribi. Id poſtea vidi coniecisſe *Iuſtium* Obſſ. Crit. p. 75. — Pro *ſed non* Barth. legi iuſſit *ſic non* —

92. Heinſ. coni. *venit en vicinus* —

Ecloga VII.

Inſcribitur *Templum*, ſatis inepte, unde in marg. edit. Duac. legitur: *potius amphitheatrum*, quod e Pith. notis ductum eſt. Alii cenſuerunt illud exſtitiſſe e voc. *Theatrum*. Wernsd. ſtuporem hominis Chriſtiani accuſat, cui non niſi *Templum* fuerit notum. Ludi referendi ſunt ad illud tempus, quo Carus, filiis iam Caeſaribus nominatis, imperavit (Vopiſc. Carin. 19.); et praefuit iis Carinus (v. 6. intelligendus), cum Numerianus una cum patre in Oriente verſaretur.

2. *Nox ruit* coni. Heinſ. Sed *fuit*, eſt, praeteriit. — *viſere* cod. Voſſ.

3. *Ut tua* Dorv. a. — *ſibila* maluit Heinſ., ita Dorv. c. Cf. Burm. qui probare videtur. Recte.

4. Edd. nonn. *o duro*. Pro *axe* varr. lectt. ſunt, *ore*, (quod Barth. praefert) *oſſe*, *eſſe*, Heinſ. coni. *aere*. Melius Dorv. a. *non mollior aere*.

6. *ardet* ar. plures Codd. et nonn. edd. (ut *edere* ſubintelligatur). Ulit. coni. *audet*.

7. Vulg. *quae cauſa foret tibi tanta mor.* Mutavi ordinem ſecutus codices et Virg. Ecl. I, 27. Vis omnis eſt in voc. *tanta*; quare praemittitur.

9. Quatuor codd. cum ed. R. *fallente*. Heinſ.

coni. *palante*, quōcum *pallere* saepe permutatur. Vulgatum tuetur Virg. Ecl. III, 59.

13. Vulg. *scilicet*. Recepi Barth. et Gudii conjecturam probatam Burm. atque loco convenientem. Heinſ. tentavit: *Scilicet invictis* &t. *ut pr. divis* Auf., aut: Sc. *invictus* &. *ut pr. ſilvis* Auf.

14. Vulg. *non ſolum*. Emendarunt Heinſ. et Burm. quos ſequor.

15. *tuta* codd. et edd. nonn.

18. Heinſ. coni. *ſpectavimus urbe*. Vulgatum eſt magis poeticum.

21. *cantare* coni. Gudius et ſic Dorv. a. Sed *certare* refertur melius ad paſtorum canentium certamina. Tum plerique codd. *ſolet* — edd. pr. pleraeque: *ſolent* (paſtores ſcil.) — *vocantur*. Poſterius ſervari potuit. *Soles* e coni. Modii receptum, multo eſt commodius.

22. *facienda* libri nonn.

25. *divos* edd. vett. quod ad Caeſares referunt. At ii hic locum non habent, nec Numerianus adeſſe potuit. Clivi, non tamen praerupti (*lene iac.*) rectius moli amphitheatri conveniunt. Heinſ. coni. *ceu clivos*.

29. Heinſ. coni. *denſa habere*, quod non *denſare*, ſed *denſare*, uſitatum eſſe exiſtimavit,

30. *concedit* coni. Burm. (i. e. reducitur) atque &c Dorv. a.

32 — 34. Tres hi vſs. deſunt in 5. codd. et nonn. edd.

33. *Sic ibi* Barth. et Heinſ. legunt (ut tres codd. Dorv.). *tibi* ex communis ſermonis uſu redundat.

35. Dorv. *non* ſuffec.

36. Ed. Aſc. *is me* und. f.

38. Vulg. *nec dum bona f.* Bona hic minus habent locum. Recepi Heinſ. coniect. — Burm. poſſe et legi monet: *necdum nova f.*

39. *Tum mihi, tum* — ita tres Dorv. — Wernsd. ed. *Tum mihi tunc* — Burm. ed. *Tum mihi, dum* — et *dum* eſt in libris nonn. Barth. coni. *Tum ſenior, mihi dum* l. q. f. ſ. Burm. maluit: *Quum mihi, qui ſenior lateri tum* f. ſ.

40. Libri nonn. *Quid me* — Heinſ. *quo te* ſt.

41. Diſtinctione locum iuvi, ut emendatione non opus eſſet: quid miraris, te ad tantas opes ſtupefactum? — *mireris* codd. nonn. Heinſ. coni. *Quid* t. m. ò. — Burm. *quid te* ſt. ruſt., dix., Ad tant. *non mirer* op. — ut melius conveniant ſequentia: En ego etc. Poſſe etiam legi: *quid ni* ſ. ſt. dixit, Ad tantas *mirarer* (aut, *te mirer*) op. *Frieſemann.* Collect. Crit. p. 181. *Quid ni ſtupefactus*, ruſtice, dixit, Ad *tantas miraris* opes?

42. Sord. *teſqua* coni. Burm. (ex Iſidor. Origg. XIV, 12.) At vid. Virg. Ecl. II, 28. Geo. III, 340. Pro *caſas* nonn. libri *dabas*, aut, *vides*.

43. Dorv. c. *iam* trem. Alii codd. *et* vertice — Frieſemann. l. l. p. 182. *iam* trem. *iam vere*. — et *ipſa* — legit.

44. Poſt *omnia* diſtinctionem poſuit Burm. Olim poſt *tamen* interpunctum.

47. Al. *Baltheus*.

49. *peragit* offendit Burm. (poſtulantem *dirimit*, *tangit*, aut ſimile verbum), quia non vidit,

ſpectacula h. l. eſſe ipſas venationes. v. Wernsd. *praebet* Dorv. a.

61. *rotulum* ex cod. Voſſ. et Goth. atque ed. Rom., et emend. Salmaſii ad Vopiſc. Prob. 19. Exercc. Plin. p. 167. cui Geſnerus Theſ. IV. p. 230. aſſentitur, recepi, pro vulg. *rutilum*. Alii *rotulam*, ſed obeſt v. *lubricus*. Ante murum marmoreum iacebant lignei trunci, ebore inducti, et coëuntes in rotulum, qui facile circa axem volvebatur, ut, ſi adſilire ferae vellent, excuterentur. Barth. coni. *coit in pluteum: teres hic, quo* lubricus *axis — rotulam teretem*, aut *vuplum*, Lipſ. — Salmaſ. tereti *qui* lubr. a., quod pro vulg. *qua* l. a. recepi, cum *qua* (h. e. qua parte) minus commodum videretur. Ipſe rotulus, propter glabritiem eboris lubricus, cum axe circumvolutus fallebat (non admittebat) ungues ferarum inſilientium. — Libri nonn. *colit* — et, *axem*. Verſus 52 — 54. in aliquot edd. et codd. deſunt.

55. Dent. *auratis* coni. Ulit.

56. Frieſemann. Collect. Crit. p. 188. mavult: deus longior *unus* aratro.

58. Dorv. *aprum*. Heinſ. coni. *uros*. At apri cornuti etiam Ael. N. A. XVII, 10. et Plin. H. N. VIII, 52. memorantur. Intell. Sus Barbyruſſa Linn.

59. Ol. *Manticoram*. Graecum eſt μαντιχόρα Ariſtot. H. An. II, 11. Aelian. IV, 21. Pauſan. Boeot. c. 21. Codd. nonn. *Nycticanam*, quod et edd. quaedam exhibent. Vulgo poſt *Mant.* non interpungitur. Mihi viſum eſt, verba *ſilvis* (cum ſilvis,) — *editur*, potius ad *Alcen* (quae in Hercy-

nia ſilva aliisque Germanorum ſilvis erat) referri. Ulit. et Spanhem. de Pr. et U. N. Tom. I. p. 197. *et* ſilvis etiam etc. legi iuſſerunt. Barth. *Manticoram ſilvis, cinctam quibus ed.* — Heinſ. *Manticoram, ſilvis etiam quibus editur Alce, Vid.*

62. Codd. quatuor et ed. Rom. *quis aſpera.* Quod in ordinem recipi debuerat.

63. *iacet* — ex Virg. Aen. VI, 300. Itaque non eſt cum nonn. legendum *riget*, quod etiam male repetitum fuerit.

64. Vulg. *Non* ſolum. Aliquot edd. vett. et cod. Dorv. *Nec* ſol.

66. nomine *dictum* Heinſ. et Ulit. coniiciunt, atque ita Dorv. a. Intell. *hippopotami*, ut antea *phocae* memorantur.

67. Barth. *Et* deforme — coni., ut ſeqq. de Crocodilo accipiantur. Tum edd. nonn. *quod Nilo paſcitur*, Dorv. Voſſ. *qui Nilo naſcitur*, e gloſs.

68. *venientibus* eſt, aliunde originem et incrementum trahentibus. Itaque perperam Heinſ. *refluentibus*, *vernantibus*, tentat. *vernantibus* habet Dorv. a.

69. I. Vulg. ſenſus, auctore W.: quoties trepidavi, quum in eas partes (loca) proſpicerem, ubi ſubito deſcendebat (aut, declivis erat) arena, et vorago terrae, unde novae prodirent ferae cum ipſis ſilvis, aperiebatur. Offendit tamen inſolens locutio, *videre in partes.* Itaque Burm. coniecit: Ah! tr. quot. n. deſc. arenae, (h. e. trepidantes propter arenam deſcendentem) Vidimus *abſorptas*, (aut, *immerſas*) *raptasque* v. t. — Lipſ. pro *deſcend.* legit *discedentis* — Barth. *noctem cedentis*

arenae V. i. p. — Tum Heinſ. et Ulit. *ruptaeque* (quia ed. R. *rapteque*) — *Viderimus part.* in Cod. Dorv. probabilius eſt quam *in pratis* (pro *in part.*) ed. Opor.

71. Libri nonn. *et in iisdem* (ſ. *hisdem*) — tum Dorv. a. *cavernis*.

72. Bartholin. quia in Mſ. ſuo invenit *nimbro*, legit *nimbo*. At *liber* eſt cortex.

74. Modius coni. *Impetit*, Heinſ. *Impulit*. Perperam poſt *Impedit* vulgo ponitur interr. nota.

74. *primo* coni. Tit. At *primi anni* omnino aetatem vigentem indicant. Mox edd. nonn. *dimittere*.

77. *Fors* coni. Heinſ. — Tum edd. vett. inter lectt. *et referens*, atque *et praeſens*, diviſae ſunt Vulg. tamen in pluribus codd. reperitur.

78. Libri nonn. quae ſit *mihi* — (tum legi poteſt: *dic*, Cor., *mihi*, quae ſ. f.) Burm. coni. quae ſit *nova* f. d. — *modo* i. q. Gr. νεοτ.

81. Codd. nonn. et codd. *Nudaque* paup. — Tum Ulit. coni. *et adeſo* — Heinſ. *et aheno*. Antea *ineſſet* pro, infuiſſet.

82. Edd. vett. *Obfuerant*. Correxit Modius. Mox nonn. libri *utrumque*. At unus adeſſe potuit Carinus.

83. Nonn. *at*, niſi — al. *et*, n. — Tum tres codd. et aliquot edd. *putatur*. Poterat ſcribendum videri, *notavi*, coll. Ovid. Triſt. III, 5, 11. et gravius illud futurum erat. Sed et vulgatum eſt Virgilianum, Ecl. I, 20.

Ecloga VIII.

Barbare vulgo inſcribitur *Epiphunus*, quod Uſſ. cenſet fuiſſe *Epifunus*, malam interpretationem graecorum ἐπιτάδειος ſ. ἐπιτάφιος. Qui eclogam tribuunt Calpurnio, nonnulli *Meliboeum* defunctum volunt ipſum eſſe Nemeſianum; probabilius docuit Wernsd., Iunium Tiberianum, praefectum urbis, intelligi.

2. Nonnulli libri ſcripti et editi: *imitatur* (aut, *imitantur*) rura cic. — Barth. (qui in Mſ. *immituo* invenit, ut Dorv. a. *ih mutya*) *invitant rure*. Heinſ. coni. *reſonant ſua* rura — In *reſonant*, quod ex Virg. Ecl. II, 13. ſumtum, latere ulcus cenſet Burm. Pro *rura* quidam codd. *regna*.

3. Libri nonn. *ſi quid* — fortaſſis ex Virg. Ecl. III, 52. IX, 32. At h. l. ſequitur *carmen*.

7. *greges* iam dudum recte, codd. auctoritate, repoſitum eſt pro vulg. *gregem*. Aliae codd. lectiones in h. v. *Detrudent*, et, *promittere*, nihili ſunt.

8. Nonn. *Dum* vos —

9. Eſt memorabilis lectio Dorv. a. *canamque comam, vicine Timeta*. Perit tamen ita ſuavis oppoſitio: *care mihi, carus deis* (h. e. Apollini et Muſis).

11. *Diximus* nonn. libri, multo frigidius. Cf. Virg. Aen. IV, 653. Mox Barth. maluit: *et calamo et verſu* cant., Heinſ. *et calamis verſus mandavimus* al.

12. *hilaros* coni. Heinf.

13. *Stupuere* edd. et codd. nonn. Recte vulg. *tepuere* (in quo intermiſſio amoris ea, quae reliquias tamen priſtini caloris quasdam habet, ineſt) praetulerunt omnes. Mox tres Dorv. *Nam mea* —

15. Edd. nonn. *Et* nunc — *ſonent* coni. Barth. et Burm. At rem, quae adeſt, indicari docent ſequentia. — Tum libri nonn. *iam carmina.*

16. diff. *carmina* praefert Barth. At vid. Hor. Od. III, 19, 19.

20. *priorum* duae edd. h. e. maiorum. At *ſecretus orbis* (inſulae beatorum a reliquo orbe ſeiunctae) rectius dicetur ſedes (mundus) piorum. v. Wernsd. Exc. XVIII.

23. Dorv. a. *fidibus Siclis aut Oeagrius Orpheus*, in quibus fortaſſis alius lectionis inſunt veſtigia. — Inepta doctrinae oſtentatio. Alia ratio Virg. Ecl. IV, 55. Mox cod. Voſſ. *cincingeret.*

28. Deeſt in tribus codd. et aliquot edd., et in ſeq. legitur: Conf. inc. *quercus* m. c. Gudius coni. ſuper *hunc quem* cern. etc. Heinſ. ſuper *hoc* (ſcil. ſene, Meliboeo), probante Burm., recte, opinor.

30. Burm. coni. ſed *foliis cantu* (h. e. cantui) *ne* garr. pin., quia, cum mox *nemus tacere* dicatur, non videtur pinus *vento* garrula eſſe.

31. Al. *fagosque.*

32. Vulg. *ſuggerit*, h. e. ſubminiſtrat. (Ovid. Met. XV, 82.) Codd. nonn. *ſubigit* aut *ſubicit*, h. e. ſubſternit, tori loco nobis eſſe iubet. Argutatur Burm., dum non de creſcentibus, ſed de iam ſubmiſſis agi cenſet.

35. Dorv.

53. Dorv. *genius* omne, unde Burm. in Add. coni. *pecus* o.

54. Nescio cur Burm. dubitaverit, an haec non omnino sana sint. In Mf. Tit. mira est lectio: *defectant flamina Cauri.*

55. Cod. Dorv. *Omnipotens — liquoris.*

56. Perperam in ed. Ulit. et Burm. distinguitur: *tellus vitalis, et aer.*

57. Dorv. a. *Accipite hos cantus*, e gloss.

59. Ulit. incertum unde edidit: *Iam* si subi.

41. Burm. coniecit: *nostris* adverte *modis*, sc. mentem s. aures, quod rarius sit, *advertere* (pro animadvertere) cum Acc. poni. Nihil tamen in hoc scriptore mutari vult.

43. *Sperata* legi maluit Burm., ut ad vota vel Meliboei vel aliorum respiciatur.

47. *carperet* annos, Dorv. b. *tolleret* maluit Heins. — Burm. *perderet*, aut, *rumperet*. Sed *pellere* est trudere (*fortdrängen*). v. Burm. et Wernsd.

43. Edd. nonn. vett. *Haec* tenuit — Martell. et Heins. legunt *Nec renuit* — Vulgatae bonus sensus: communis conditio moriendi non prohibuit, quo minus has effunderemus querelas, quae sequuntur.

51. Perperam libri nonn. *Consilioque* D. cf. Heins. ad Ovid. Met. XIV, 812. Burm. h. l.

53. Male contendit Wakefield. Silv. Crit. III. p. 40. metrum respuere lect. *mulcendo*, et reposuit *mulcere*. Optimi poetae (Tibullus, Ovid. aliique) ultimam horum gerundiorum syllabam corrigiunt. Virgilius producit. Neque Wakef. correxit

omnia eius generis leca. Sententiae causa Burm. maluit scribi: *sapiens mulcere qu.* e Graecismo. Vulgata tamen ita potest exponi: patiens (ferens, patienter audiens) querelas ita ut mulceas (lenias, componas eas), poetice pro, patiendo mulcens. Ulit. coni. *patiens mulcensque*, quod prosaicum est. Gebhard. suam coniect. *paviens* (e lect. cod. Pal. *pariens*) ipse repudiavit.

54. Martell. et Heins. coniiciunt: *iuris amor* (ut *ius* sint leges, *iustum*, aequum). At *ruris amor*, agriculturae studium, recte sub eo florens laudatur.

56. Vulg. *vultus* gr. e. m. *serena*. Utrumque mutavi e coniect. Burm. *Vultu* (quod et in edd. nonn.) postulat sequens *fronte*, *severa* autem opposita *mite* et *gravitas*.

58. *coniungere cera* nonn. libri, sed vulg. non deterius est.

59. Edd. vett. *Oratus*. Sed in Tigur. iam est *Hortatus*, quod Ulit. et Burm. receperunt. Heins. coni. *Noras*, *tu* — aut, *Gratus tu crudas* — Posse et *diras* — *curas* scribi monet Burm. Sed aptius tamen laboriosis agricolis esse *duras*. — *flectere* cod. Voss.

63. *duxisti* vett. edd. nonn. probantibus Barth. et Marclando ad Stat. Sylv. V, 3, 92. Bruckusius autem ad Tib. El. II, 1, 54. *ducere* de gravi et epico carmine, *dicere* de leviori, interpretatur. Fortassis igitur laudibus Meliboei convenientius est, *duxisti*. Heins. coni. *Praevius Hyblaea duxisti* c. a. — Burmannus quia in cod. Voss. et ed. Rom. est *Laetus Phorbea*, proposuit: *Laetius Orphea* — (h. e. amatorium carmen.)

64. *odore*, et mox, *laurus*, archaice, aliquot libri.

66. *valent* Heinſ.

67. *De meſſe culmos* Dorv. a. et nonn. edd. quod Barth. tuetur; Burm. coni. *De meſſo* c. At *campus* poet. pro arvo ſegetibus referto dicitur.

69. *Mala ferunt* — et mox *flore* nonn. edd. (in paucis aut *Pietas*, aut *dant*).

71. Burm. maluit: C. *dent* Muſae; nos — Vulgo poſt *Muſae* colon eſt. Tum Burm. maluit: *nos* quae — quod parum uſitatum ſit, *modulari aliquem*. At ſequentia vulgatum tuentur.

73. ſ. Secutus ſum diſtinctionem et lectionem ed. Burm. Ap. Wernsd. eſt: *reboat te, quidquid carminis Echo: Reſpondent ſilvae* etc. priora autem cum Barth. ita diſtingui voluit: *reboat te, quidquid carminis*, (ſc. reboat) *Echo:* — et *Reſpondent* quidem eſt in libris, quos Wernsd. vidit, omnibus, (Dorv. a. tamen *reſpondet*) atque ex Virg. Ecl. X, 8. At primum nimis abſolute ponitur, *reſpondent ſilvae;* deinde idem ſenſus his inest, qui praecedentibus *reboat — Echo*, ita ut tautologia exiſtat. Ea, quam dedi, lectio hunc parit ſenſum: te reboat (de te agit) omne carmen, quod echo ſilvis reddit, niſi *ſilvae* Genit. ſit. Aliorum coniecturae ſunt: Gebhard. te, *quid cit* carm. echo — Ulit. te, *quidquid carminis exit*, Reſpondent ſ. — Mox edd. pr. armenta *ſequuntur*. Modius iam emendavit.

75. Libri omnes *naſcentur*. Correxit Barth. ex ed. vet. et Virg. Ecl. I, 60.

76. Edd. nonn. vett. *Veſtitusque*. Heinſ. coni.

Infuetusque frete — At vid. Ovid. Ep. IX, 111. Met. XIV, 207.

78. et 79. transponunt edd. quaedam vett. et cod. Voſſ. — *iactabit olivas*, maluit Burm.

81. Vulg. *coeptum tibi iam ne* d. c. Primum offendit copulae omiſſio; dein displicet *iam ne* — Quod dedi, praebuit Dorv. a. et ed. Alc. — In nonn. libris eſt *neu*.

84. Vulg. *Namque hic in filv.* — Heinſ. coni. *Iamque hic i. ſ.* Recepi emendationem Hoeuftii (Peric. poet. et crit. III. p. 325.) cui ſenſus: praeſens fama e ſilvis tibi in hanc urbem ſtravit iter. Manifeſto enim exprimitur, quod Ecl. IV. 161. IX, 84. eſt. Friget *hic in ſilvis praeſens* —

85. Barth. coni. *rumpes* liv. nub. *plene* (et *plene* eſt in Dorv. b.) — *iubila* et *penuis* aberrationes ſunt librariorum in nonn. libris.

86. Codd. et edd. nonn. *demittit*. — *fluminibus* cod. Voſſ.

ECLOGA IX.

Inſcribitur *Donace*. Nomen in titulis antiquis legitur. Carmen hoc ex Ecl. II. et III. inepte conflaſſe ipſum Calpurnium, propterea non eſt probabile, quod inſunt, quae inter ſe adeo pugnant. cf. Wernsd. in Argum. *Idae* ſubſtituerunt nonnulli libri *Aſtaci* nomen. Idas et Alcon iunguntur Stat. Theb. VI, 553. ſſ.

1. Dorv. a. *Idas puer* et p. A. — Mox nonn. libri: *rudibus* a.

3. Perperam cod. Voſſ. et paucae edd. *ruebat*. — Dorv. a. *furioſa*.

6. *Venerisque* (nam sic maiuscula littera scribendum est) *immitis* (h. e. immaturae), quod in uno cod. invenit Titius, estque in nonnull. edd. vett., cum Ulit. et Burm. recepi. — In nonn. codd. et edd. *Venerisque imbutus* — ut verba *imbutus uterque tum primum* separatim posita accipiantur. Hinc duo codd. ap. Dorv. et pauc. edd. *Venerique imbutus* (h. e. initiatus), quod Wernsd. recepit, etsi Burm. dubitavit, an non dicatur latine *Veneri imbui*. Attulit Wernsd. in Add. e Sil. Ital. III, 64. *imbuere hymenaeo* (sed in Ablat.)

7. Languidiorem versum ita emendari iubet Burm. *Dulcia tunc primum* carp. g. f.

8. Quinque codd. *iam nunc* puer. v. — at *non puerilia* sunt, quae viris conveniunt. Mutavi colon post *vota* in comma, nam iungenda sunt *non puerilia vota* et *cura iuventae* (h. e. desiderium coniugii — non enim recte Burm. *curam iuventae* interpretatur, ornandi se et puellae placendi studium — aut etiam, ipsam Donaeen) — verba autem *quis* (nonn. edd. *quis*) — *hiemes* nectuntur cum voc. *pueris*, unde parentheseos notis includi iussit Burm. — Heinf. coni. Quis *actae* ter q. h. — Burm. (*Quis anni ter quinque*) *et primae* c. l.

11. Perperam edd. vett. plures: *Et non — sonarent*. — Titius coni. tam tenui *de filo voce* f. Immo videtur praep. *de* (quae redundat) interposita esse, ne duo Ablativi concurrentes sensum turbarent.

12. Edd. pleraeque vett. *sollicitumque foret lingvis onus*, quod restituit Wernsd., qui in Exc.

XIX. censet poetae ante oculos fuisse locum Hor. Epp. I, 5, 18., et metro coactum eum posuisse *linguis* pro *linguae*. Censet tamen pluralem etiam posse referri ad puellam et pastores simul, ut parentes in oratione pastorum aeque ac filiae suae dicantur animadvertisse signa animi solliciti et furti commissi; nam *improbam* (h. e. crassiorem, tumidam) cervicem non tantum in signis graviditatis esse, sed et pubertatis marium. Manet tamen durissima locutio. Itaque cum Dorv. a. diserte scribat *pinguis sonus* (ut duae edd. habent *pinguis onus*), non dubitavi, illud recipere, et *sollicitusque* scribere (pinguis, h. e. crassus, vocis sonus prodidit animum timidum et sollicitum). Atque eam emendationem Wernsd. ipse iudicavit praestare lectioni ab Ulit. et Burm. receptae: *sollicitusque* f. *linguae sonus* — Heinf. coni. *insolitumque* f. *linguis onus* —

15. Male nonn. libri *revelare*, quamquam sensum fundit.

17. Edd. plures vett. *genas*, ut et Dorv. a., quod graecismum redolet et recipi voluit Ulit. Sed *genis* melius respondet seq: *crinibus*. *laeves* scripsi pro vulg. *leves*, *intonsis*, quod in nonn. edd., deterius est.

20. Ed. Burm. cum nonn. aliis *Naïdes*. — *secantes* — *purpureos al.* scripsi cum nonn. edd. et codd., quia oratio ita fit rotundior. Vulg. *secatis* — *purpureosque alitis* — Gudius malnit: *purpureos quae al.* Barth. cum ed. sua vetere scribi voluit: *Gramina*, purpureosque al. per *littora* fl. At *secare littora* (per littora madefacta aquis exundantibus incedere) confirmatur loco

Ovid. Am. II, 11. et *per gramina* h. e. in pascuis alunt flores, quia, dum [illegible]edunt, irrigant eos.

23. Pauci libri: *quo pacto.*

25. Alia codd. duorum et nonn. edd. vett. lectio eſt: *Nam me* i. *trini* (aut terni) *petierunt* o. ſ.

28. Tres codd. et aliquot edd. *rapidos*, perpetua varietate. V. ſeq. Barth. ex una ed. vet. praetulit: *Nulla mihi* tr.

30. Plures codd. *nullo lamberunt.* At obeſt ſequens verſ. Ulit. coni. *nullos libarunt.* Et in Dorv. a. legitur: *nulloque libarunt.*

32. *atria* nonn. libri (fort. ex Ovid. Met. V, 353.) *aethera* coni. Ulit.

34. Dorv. *in uſum.* Pluralis magis eſt poëticus.

35. *mille bidentes* legi maluit Rooy Spicil. Crit. p. 110. ſine idonea cauſa.

40. *Heu, heu* pro vulg. *Eheu* repoſui ex plurimis vett. edd. v. Burm. et Heyn. ad Virg. Ecl. II, 58. In nonn. codd. et edd. *En heu* — Tum aliquot libri: *cauſa* ſalut. Vulgatum Ovidianum eſt. v. Burm.

41. In paucis libris: *ſimill. atrae* (tum punctum in comma mutandum erit, ut haec cum ſeqq. iungantur), Dorv. d. *ſimill. auro.*

42. *noti* Bruckhuſ. et Heinſ. coniecerunt, ſed *noſtri* recte tuetur Burm. — *poc. vini* Dorv. a. e gloſſ.

44. Edd. nonn. *me miſero* (f. *miſerum.*)

46. Edd. nonn. vett. *Null. haec* m. probante Burm., ne ambiguitas e duplici negatione exiſtat.

47 — 49. in Mss. deesse manus viri docti ap. Burm. notavit. [illegible]ittit Dorv. b.

48. Edd. no[illegible] vett. *tum* dulce r. h.; at in hiatu etiam noster imitatus est Virg. Ecl. III, 63.

49. Nonn. libri: *Tunc* m. Dorv. b. *Hunc* m. — *odorem*.

50. In paucis: *dea*, aut *mea*, *Pallas*. Sed plures: *amat*. Verum Coniunctivo seriores scriptt. utuntur loco Futuri, v. Wernsd. in Exc. p. 342. — Dorv. a. *turg*, *unguine*, ut Heins. olim correxerat; sed ipse vidit, *sanguinem* dici quemvis succum, ideoque oleum.

51. Al. comma ponunt post *deus*. Ulit. coni. *vites*, *Ceres et fata*, *poma Pr.*, aut *Pallas fata*, nisi *deus* sumatur pro dea Cerere. Heins. *fua*, aut *vata*, *poma*. At *ferere poma* (arbores) Tibull. I, 1, 7. Burm. *B. vites meus*, *et* s. p. P. Nam cur Priapus potissimum dicatur *deus*, causa non est.

52. Ridicula lectio cod. Voss. et ed. R. *Idas quoque diliget uvam*.

53. Edd. nonn. et cod. Voss. *nunc quae* — Est ex Virg. Ecl. VIII, 62.

54. *sint* correxit Barth.

58. *convertere* cod. Pal. Scribi a poeta potest; — cui cura iugali Concubitu est hom. connectere saecula tota, Nam sententia est: concubitu hominum omnia saecula connectis. Barth. Non melius Wernsd.: coniugales hominum concubitus amore nectis ad omnes generationes et aetates propagandas.

59. Nonn. libri: *relinquit*.

61. *ducat* in Dorv. c. huic loco non conve-

nis. Aliae etiam librorum sunt in his aberrationes. Lectum etiam: *quae non dueit* —

65. Post *libera* distinctionem posui, et mox *Norit* (pro vulg. *Novit*) scripsi, quod postulare videtur licet vidit etiam Wernsd. Debuerat etiam post *voluerat* minus plene interpungi. Nam cohaereant *quae — fecit* etc.

66. *notis* coni. Heins. At non silvae erant luscinias illi notae, sed cavea potius.

67. Codd. et edd. nonn. *geminosque palumbes.*

68. Titius, fort. ex Virg. Ecl. III, 69. *quod* potui —

69. Languidius est in nonn. libris: *Tu post haec* —

71. Dorv. a. *Te pereant — ducas.*

73. Guidalott. distinguit: *Fauni, vates*, et — Ulit. coni. *Faunusque pater et* — At Fauni fatidici alibi etiam memorantur. v. Burm.

75. Alia lectio, etsi pauciorum librorum (in his Dorv. a.), *orbes*, exquisitior est, inprimis ob Pluralis usum, ideoque Burm. probata, sed et *ortus* ferri potest.

76. *tremulo — lumine*, Mf. Tit. *lumine* etiam aliis in libris. Sed vulgarius hoc est.

77. *tegimus* una ed. sed mox plures edd. *Pastimur.* vid. II, 90. *Pascimur* etsi Barth. praetulit, tamen vulgatum varietatem gratam efficit.

79. Dorv. a. *iurare* sol. sed vid. III, 62.

82. Edd. et codd. nonn. *indocti, calamis* (aut *et cal.*) *cant. avenae* — paucae edd. *indocti cantare et avena* — utrumque minus est concinnum quam vulg. Heins. coni. *indocti calamos.*

83. Excidit hic versus in nonn. libris. *Quae* coni. Ulit.

85. Plerique vett. libri, etiam scripti: *cantabimus*. Tamen paucae edd.: *cantabimur* (h. e. celebrabimur, v. Ovid. I. Am. 5, 25.), quod unice verum est; nam propter Donacen non cantaret urbi.

86. *confertas* ed. Dav. deterius est vulgato *coniferas*, quod Virgilianum Aen. III, 680. — *corniferas* et *carniferas* (in codd.) librariorum errores sunt.

88. Tit. coni. *tosto*. At pastores sub platano canebant, et sol non tostus, sed torrens dicebatur.

89. *discedere* nonn. edd. vett. Mox *includere tauros* coniicit Burm.

ECLOGA X.

Inscribitur *Bacchus*, ab argumento, Bacchi laudibus, a Pane sub ulmo in valle Arcadiae ad montem Maenalum decantatis, in quibus plures poeta habuit, quos sequeretur, duces. Cf. Wernsd. Arg.

1. Perperam ed. Rom. *ac Mycon*. Nam prima huius nominis syllaba brevis est ap. Virg. Ecl. VII, 30. Versus seq. adfuit V, 2.

5. Alia lectio: *lassatus*. Barth. coni. *lassus resumere*, Heinf. *laxatas* sum. v. Burm. *lapsas resumere* v., aut, *ex somno lapsasque resumere* v. Hoeufft Peric. poet. et crit. III. p. 526. *Laxatus* f. v. Schrader. ap. eum: *resolutus* —

5. Nonn. libri: *e teroti* — *super* recte dici, pro, supra, docet Burm.

6. *praedam* Pit. et Barth. legunt, non improbante Burm. Neque ei obeſt, ut W. putabat, *invadunt furto*, quippe non cum v. *praedem* iungendum. Libri tamen nihil mutant. Et defendit vulg. *praedam* Rooy Anim. ad Mart. p. 248. ſ. Gudius in marg. adſcripſit: tamqu. *per praedam carmina* poſſent S.

8. ſ. Olim in multis edd. lectum: *canorum — fuerat*; nonn. edd. *canorem — fuevit*. *fuêrat* eſt in Dorv. b. et dudum a Martello repoſitum. Heinſ. coni. *canorum, — ceu fuêrat*, ut *canorum carmen* iungatur. Burm. recte monet, *canorem* h. e. ſonum muſicum, et *carmen*, i. e. verba inter ſe cohaerentia et modulata diſtingui.

10. Codd. tres Dorv. et aliquot edd. *male ſibila diſſona*.

13. Poſt *canam* colon ponendum eſt.

15. Vulg. *Iamque ego, Bacche, tuos ortus*, et ſ. v. Quod repoſui, in duobus codd. et tribus edd. vett. inventum, probatum Gronov. Obſs. III, 13. et multo doctius eſt. Ulit. coni. *Iamque ego Baccheos ortus*.

16. Alios legere *carmina* ap. Burm. notatur.

19. Vulg. *qui comptas* palm. t. In nonn. edd. *qui comptos* p. t. Sed hoc ex correctione antiqua fluxit, ut *comptas* ex em. Heinſ. Plerique codd. et edd. pr. omnes: *qui quando* p. t. Unde Ulit. coni. *qui ovantes*, Burm. qui *pando* p. t. Quod recepi, habet Cod. Dorv. a., et probatum eſt Burm. in Add. et Wernsd., qui *udum* (vino madidum) bene ex Stat. Theb. IV, 753. illuſtravit. *Hoeuffft.* l. l. p. 347. coni. *qui quaſſa* p., ut quatere thyrſos eſt Catull. 63, 256. Si olim vulg.

lectio codicis auctoritate firmaretur, mallet idem cum Santen. *comptus*.

20. Nonn. edd. *odoratis — capillis*. Singularis hic magis poëticus est.

21. Vulg. *iam tunc*. Sed quo sensu *iam*? Restitui *nam* ex em. Burm. *Est* Iovis vera proles, nam Semele tum, quando rem cum Iove habuit, vidit sola post coelestes Iovem sua et propria forma conspicuum.

24. Vulg. *Protulit*, sed id non differt ab eo, quod sequitur, *produxit*. *Pertulit* in Dorv. a. legitur, et Burm. atque Wernsd. probatum est.

25. f. Wernsd. edidit:

Vos etiam *et* Nyf. vir. nutr. in antro.
Hunc Nymphae, — procaces.

